

ditio apponitur idcirco favore matrimonij actus non sustinetur, quia credit ius, eum, qui talia, & tanti sacramenti bona impugnat, vere contrahere matrimonium non censerit, & ideo ex defectu consensu noluit Roma. Pontifex matrimonium sustinere, & qui enim actum impugnat non videtur in eum consentire, ut ex eo commodum possit reportare cap. ex eo de reg. iur. in 6. verba matrimonij amplectitur, & aduersus illius nititur voluntatem. non dubium C. de legi. & cum etiam is contradicat matrimonij bonis, & substantia, consentire in eo non censetur l. 2. §. voluntatem cum similibus ff. soluto matrimo. Ceterum consensus defectum Romanus Pontifex in matrimonio supplere non potest ut dixi supra comparatio. 3. in prin. hæc ratio cessat vbi conditiones, & si turpes, alia quam matrimonij bona pertingunt, tunc illius favore rejiciuntur, quia non consensus deficit d. ca. fina. de hac ratione infra latius.

113 Extende & egregie casum hunc etiam ad conditiones honestas, & licitas, quæ tamen bonis matrimonij aduersentur, veluti si quisquam aliquam ducat sub conditione si in eo matrimonio secum in perpetua viuat castitate, & continentia, vel si pacificetur, illico contracto matrimonio, se velle eam religionem profiteri, eo eandem profitente; deducitur enim in pactum continentia, & castitas quæ societati, tum etiam proli duobus matrimonij bonis contrariantur; in carnalem enim copulam saltem tacite, coniuges ipso matrimonio consentiunt, quemadmodum declarat D. Thom. in 4. distinc. 28. quæst. fin. in fine Adria. quæst. 6. de matrimo. & Syluest. verbo matrimonium 4. quæst. 6. Panor. in ca. commissum ex. de sponsa. sequitur qui eos refert Dida. d. §. 1. nu. 3. Azpil. conf. 18. nu. 2. 3. tit. de sponsa. & dicit communem Vival. in Cande. Aur. 1. par. tit. de matrimo. quæst. 5. num. 56.

114 Contrariam & autem sententiam defendit Palud. in 4. distinc. 30. quæst. 2. qui matrimonium scribit non vitari adiectis conditionibus supra-scriptis, cum licitæ sint, licet contra bonum proli, aut societatis indiuiduæ arg. tex. in d. ca. fina. a contrario sensu, de illicitis enim conditionibus loquitur; sequitur. Imo, in l. vbi ita donatur ff. de dona. cau. mor. Barba. in c. fin. ex. de præcar. Ea etiã mouentur ratione, quod inter Beatissimam Mariam Virginem, & Ioseph verum fuit matrimonium cap. coniunx 27. quæst. 2. & dixi sapius: cum tamen Beatissima Virgo perpetuam vouerit continentiam; Ceterum & huic rationi Dida. respondit supra contracto matrimonio vere continentiam posse voueri, & castitatem ab ipsis coniugibus cap. quod Deo Patri. 33. q. 5. glo. Panorm. & ceteri in c. tua. nos de iur. iur. & tamen conti-

116 nentia a principio in pactum deduci non potest in contractu matrimonij. Addit & ille Beatissimam Virginem in coniugio cum Ioseph in pactum castitatem non deduxisse, quamuis certa esset diuinitus, Ioseph cum ea eodem castitatis proposito fuisse: contraxit immaculata virgo simpliciter, & si antea virginitatem deuouisset, & in coniugalem consensit cohabitationem & implicite in omnia, quæ ad matrimonium spectant: neq. ex hoc sequitur explicite in carnalem copulam consensisse; repugnaret enim virginitati, implicite, non in actum copulæ, sed in potentiam, qui consensus virginitati contrarius non est secundum D. Thom. in 4. distinc. 30. quæst. 2. artic. 1. ex tex. in d. cap. beata 27. quæst. 2.

117 Inuertit & rursus altero argumento Dida. Pau. sententiam, qui inquit, contracto semel matrimonio multa incidunt, quæ non illud vitiant, cum tamen eadem ab initio irritum illud efficerent: votum solemnne vtriusq. coniugis post celebratum matrimonium recte fit, quod ab initio ipsam irritaret ca. 1. c. rursus ex. qui cleri. vel vouen.

118 Tertio idem & Dida. mouetur autoritate gloriæ in cap. de infidelibus ex. de consangu. asserentis, inter paganos matrimonium contractum sub conditione, ut liceat cuiilibet vbi, & quando volet repudium mittere, nullum esse, quoniã ea conditio substantialibus matrimonij aduersetur: quam gloriæ sequutus fuit D. Thom. in 4. distinc. 39. quæst. 1. arti. 3. ad quintum & Didac. supra aduersus Panorm. Preposi. & alios, qui eam reprehendunt. Et si vero, D. Thom. Dida. & aliorum vera sit opinio, veram autem illius rationem, & fundamenta nullus hucusq. pertingit. igitur conditio quamuis honesta sit, quæ substantie matrimonij contrariatur, nullum efficit matrimonium, quia credit ius eum, qui talè adijcit conditionem, vere in matrimonio non consentire, quam rationem reddidi præter alios omnes supra quæ multis probari argumentis potest. In primis, & qui sic contrahit matrimonium, sibi ipsi aduersari videtur, & consequenter deficit ad illud contrahendum deliberatus consensus l. si titius ff. de condi. infitu. l. scripturæ C. de fide instrum. l. vbi repugnantia de reg. iur. Et perinde est ac si sic contrahens diceret volo & nolo; qui veluti contraria dicens audiri nequit l. 1. C. de furt.

121 Accedat & præterea in eiusdem opinionis tuitionem, altera ratio, quod etsi post contractum matrimonium possint coniuges castitatem vouere, a principio tamen in pactum deducere non possunt, nam expressa hæc conditio nocet bonis matrimonij quæ tacita minime, sic enim regula iuris docet expressa nocent, nõ expressa non nocent. l. expressa

præssa de reg. iur. l. non nunquam l. si in diem §. fina. ff. de conditio. & demonstratio. l. a. c. ius legitimi. ff. de reg. iur. l. sempronium ff. de hæredi. institu. Et vt recte Deci. declarat in d. l. expressa maxime regula procedit, quando agitur de actus anulatione, tunc enim taciti, & expressi maxima est differentia; nam & iuramentum calumniæ tacite remitti potest, expresse non potest l. 2. §. sed quia C. de iuram. calumniæ cap. 1. eod. titu. lib. 6.

122 Tertio, & quamuis qui certam mutuatur pecuniam ratione mutui dati, nequeat citra labem vsurariam pacisci de danda sibi aliqua quantitate, quia pecunia non parit pecuniam, iuxta illud Christi Luca 6. *mutuum dantes, nihil inde sperantes*: & Psalm. 15. *qui pecuniam non dedit ad vsuram*: Psalm. 55. *non defecit ex plateis eius vsura & dolus*; & & passim in diuino eloquio titu. to. de vsur. apud canonicas sanctiones; tamen si quisquam pecuniam mutuatur, & si mente concipiat sibi ob mutuum datum, accipientem post pecuniam, aliudve donum daturum, dum ob illud principaliter mutuum non dederit, licet post, vel donum, aut pecuniam accipere, citra vsuram aliquam, quemadmodum post Angel. canonistas, & theologos late, vere, & docte resoluit Azpilcuet. in Manua. Confess. cap. 17. num. 209.

125 Quarto & quod huic simile est, licet dare, vel accipere pro beneficio Ecclesiastico, vel rebus spiritualibus simonia sit glo. in sum. 1. quæst. 1. toto titu. de simoni. adeo quod permutatio beneficiorum simoniaca sit, si absq. superioris authoritate contractus permutationis celebretur c. questum c. penul. de reru. permuta. licet tamè secundario nulla expressa pactio, accipere in gratiam, vel dati, vel accepti beneficii Ecclesiastici aliquid in remunerationem, dum a principio principalis intentio defuerit dandi, vel accipiendi, pro dicto beneficio glo. in ca. cum esset de simo. & in c. cum ad nostram de electione, quas late ornat, & defendit idem Azpil. in Manua. Confess. ca. 23. nu. 100. 101. cum sequen. his igitur & similibus expressio noceret, & tacite fieri potest, quod alioquin in pactum deductum illud omnino irritaret.

126 Neq. & oblat. tex. a contrario sensu in d. c. fina. de condi. oppositis pro Paluda. sententia adductus; nã argumeto a contrario sensu locus non est, vbi absurdum aliquod, aut turpe resularet l. 2. C. de condi. incert. l. cõpentiulam vbi Bal. Sali. Ange. & alij C. de Episco. & cleri. ceteri in l. 1. §. huius rei ff. de offi. eius.

127 Tertio & extende regulam, vt nedum conditio expressa aduersus substantiam matri-

monij, sed & modus illud omnino irritet, & annullat; sic cõstit Palud. in 4. distinc. 29. quæst. 2. art. 3. Syluest. in verbo matrimonium. 3. nu. 12. Deci. in athen. ingressi. nu. 23. C. de sacro. sanct. Eccles. Dida. d. §. 1. num. 8. Mozzi. d. §. num. 14. Azpil. d. cap. 22. num. 62. in fine, modus enim adiectus contractui matrimonij in ipso includitur nec separatim contractum efficit, & eo sicut de conditione idem iudicandum, & si vbi talis modus post perfectum matrimonium adijceretur, etiam si in continenti, matrimonium tamen valeret, & modus rejiceretur, vt Dida. ibid. recte post alios declarat.

128 Quarto & extenditur regula vt procedat siue conditio turpis aduersus bona matrimonij actum ipsum suspendat, siue resoluat, veluti cum quis cum aliqua contrahit sub conditione, quod si fornicetur, liceat ei alteram accipere, resoluit enim matrimonium aduersus illius substantiam, sic scripsit Panorm. & post eum Cardi. Præposi. & ceteri in d. cap. fina. idem Præposi. in cap. 1. de condi. apposi. quæ sententia aperte ex eo tex. in d. cap. fina. deducitur in verbis illis *donec aliam inueniã meliorem*.

129 Quinto & extenditur, etiam si post matrimonium sub conditione hac vel modo contractum, sequeretur carnalis copula, nam non efficeret vt matrimonium hoc omnino nullum propter prolem superuenientem reuinceret, quam communem asserit sententiam Dida. supra num. 12. post Panorm. Præposi. Adria. & alios ab eo relatos: quæ opinio hodie sine dubio est, nam & ex Sacro Tridenti. Concil. decreto subsequens copula nihil efficit, cum necesse sit coram parcho, & duobus saltem testibus matrimonium contrahere iuxta formam ab eo præscriptam, quod pluries dixi, & in specie notat Azpil. d. cap. num. 20. 65.

131 Limitatur & nunc regula primo, & subtiliter quidem, vt tunc procedat quoties contrahentes intendunt matrimonium contrahere & eo contracto conditiones illas aduersus substantiam matrimonij obseruare, obligationemque earum obseruantia inducere; veluti si quisquam cum aliqua contrahit his verbis: *tecum matrimonium contrahõ, ceterum volo te adulterari, vel a me diuertire, aut prolem vitare*; secus vbi sic contrahentes nolent contrahere donec conditiones euenirent, tunc quia conditiones cum coniugio minime concurrunt, suspenditur tantum matrimonialis consensus, & conditiones supra-scriptæ veluti turpes rejiciuntur d. cap. fin. in 2. parte, & remanet validum matrimonium vt ibi, quæ fuit originalis traditio Adrian. in 4. quæstio. 9. de matrimo.

- 132 quam ꝛ recitat Didac. supra num. 7. Dicens dubiam esse hanc sententiam, propter verba illius tex. in 1. part.
- 133 Mibi ꝛ vero vera non videtur, quia ubi huiusmodi conditiones in ipso eodem matrimonij contractu inferuntur, ita illi adherent, vt vnum, & idem pactum, & vnus contractus videatur. I. leca. versi. dicebam ff. de reb. credi. dixi supra in tertia ampliacione, rursus ratio tex. in d. cap. fina. in prima part. militat etiam in hac specie, ex eo quod conditiones hæ aduersantur substantiæ, & bonis matrimonij consequenter illud irritant ꝛ tertio nullius effectus est cõsideratio Adriani, ex eo quod conditio eueniens. quia contra substantiam matrimonij non permitit nasci obligationem posse, consequenter non reijci a matrimonio vt ille existimat: id multis exemplis interpretes nostri ostendunt in primis in eo, qui matrimonium contrahit sub conditione, *si veneris ad exequias meas, vel si diceret, contrabo tecum sub conditione, si capitolium non ascenderis, aut cum te ipsam gladio iugulaueris*, aut si ea meretrix erat & indigna aliter, ita vir diceret *contrabo tecum dum amplius meretrix non sis, dumque vitam honestam egeris*; cum enim hæ conditiones in ipsarum euentum matrimonium resoluant, & nisi ultimo vitæ spiritu impleri possint, quo casu celebrari nequit, matrimonij contractus nullus redditur, & inefficax. Sic docuit Panor. in d. c. si quem inibi sequitur ceteri, ꝛ cautelam sumentes pro his, qui vi aut metu aliquam ducunt in vxorem, vt his, aut aliqua ex eis adiecta conditione contrahentes, possint post ea dimissa aliam ducere, quia matrimonium nullum sit. sequuntur Anton. 136 Cardina. & Præposi. in d. cap. fina. ꝛ Didac. dicit communem in d. §. 1. num. 16. pie adijciens non passim hac vtendum cautela, sed tunc cum vis, metusvè incutitur, vt hac ratione matrimonium vitetur. Bombi. consil. 31. Ferra. caute. 7. & inter singularia Gerar. singul. 21. Hippol. de Marsil. singul. 286. qui hanc traditionem se accepisse fatetur ab Anton. de Burgos Hispano, quem ille iuris Monarcham, & illius verum illuminatorem appellat Mozzi. d. §. num. 14. vnde Adriani opinio sustineri non potest.
- 137 Secundo ꝛ limitatur regula, vt procedat in proprijs, & veris conditionibus, id est his, quæ a futuro pendent euentu, secus in conditionibus de præterito, vel presenti tempore, quæ vere conditiones non sunt, quia actum non suspendunt l. institutio talis ff. de condi. institu. l. cum ad præsens ff. si certum petatur l. si sic. §. 1. ff. de lega. 1. Iass. Roma. Soci. & Deci. in d. l. cum ad præsens Barto. Socin. & alij in l. 1. ff. de condi. & demonst.

- tra. vnde si quisquam cum aliqua contraheret ea a dicta conditione, *si adulterium commisit, si meretrix fuit, vel est*, vbi vere mulier meretrix fuit matrimonium valet, quia hæ conditiones non suspendunt matrimonium, sic scripsit post Paluda. Didac. supra nu. 9. quæ vera sententia est, quam & docuit Syluest. in verbo matrimonium 3. num. 11. in fine Azpil. d. cap. 22. num. 62.
- 138 Tertio ꝛ limita, vbi conditiones hæ turpes contra substantiam matrimonij apponuntur de consensu vtriusque partis, at secus vbi vna earum dissentiret, tunc reiecta conditione valeret matrimonium d. cap. fina. & si conditio esset contra substantiam matrimonij Imol. Panormita. Præposi. & alij ibi Syluest. in d. verbo num. 11. Mozzi. §. nu. 12. Didac. d. §. num. 11. cautelam sumentes ab hac traditione pro mulieribus quando viri dictis conditionibus secum contrahunt, vt sileant, vel contradicant; rationem eam reddunt quoniam sequenti copula ab ipsa conditione recedere videatur: an ꝛ autem vbi matrimonium non valet, ex sequenti copula in his casibus valeat tanquam sponsalia, quæ grauis antea contentio erat, hodie omittenda est, quia copula post Sacrum Concilium nihil potest, nisi solemnitas a Sacro Concilio obseruetur; de qua quæstione Didac. supra num. 11.
- 140 Quarto ꝛ limitatur vt procedat in conditionibus, quæ sint contra substantiam matrimonij, secus in turpibus, quæ illi minime aduersantur, Vnde si quispiam cum aliqua contraheret sub conditione, *si virginem eam inueniret*, & si post eam corruptam reperiret valeret matrimonium reiecta turpi conditione, quæ illud non irritauit. Hostien. Bernar. & Inno. in d. cap. per tuas de condi. apposi. Mozzi. supra num. 13. Didac. d. cap. 3. §. 2. num. 12. 13. Sub limita ꝛ limitationem quando adijceretur conditio honesta, hoc modo *duco te in vxorem si per aspectum matronarum virgo apparueris non aliter*, nam hæc conditio non apparente virgine per matronarum aspectum dissolueret matrimonium. Syluest. post alios ab eo relatos d. verbo matrimonium. 3. num. 8. Mozzi. num. 13. Didac. in d. §. 2. nu. 12. 13. post Aretin. consil. 82. Azpil. d. cap. nu. 62. & expressè num. 66.
- 142 Secundus ꝛ huius inspectionis casus ad conditiones turpes pertinet, quæ matrimonij substantiæ, & illius bonis non aduersantur, in quo casu regulam constituit Roma. Pontifex in d. cap. fina. in 2. part. *conditiones quamuis turpes matrimonium non infringere*, & capit. 1. eod. titul. Azpilcuet. d. cap. 62.

Nam

- 143 Nam ꝛ licet consensus ad matrimonium requiratur, & consensus hic non sit purus nec absolutus, quia ad conditionis euentum relatus, & ideo non censeatur contractum matrimonium quandiu conditio pendet, quia tamen ab Ecclesia huiusmodi conditiones reprobantur, voluitq. ratum, & firmum esse matrimonium reiectis turpibus conditionibus, consequenter, qui hoc modo contrahit, pure contrahere videtur, liberumque & purum consensum præstitisse, quam rationem reddiderunt Ioan. Andre. Panor. Præposi. & alij in d. cap. 1. de condi. apposi.
- 144 Dida. d. §. 2. num. 1. Sanch. supra ꝛ fauore matrimonij, id factum est; sicut a lege civili fauore vltimarum voluntatum turpis conditio excluditur l. reprehendenda C. de instit. & substit. vbi Bal. Salice. Iass. & Deci. l. conditiones ff. de condi. institu. Sic ꝛ in conditione impossibili, quæ sicut reijcitur fauore vltimæ voluntatis. l. 1. ff. de condi. institu. l. obtinuit ff. de conditionibus, & demonstra. §. impossibilis instit. de hered. institu. sic in matrimonio d. cap. fina. 2. parte, vnde Imol. in d. l. 1. vt Dida. memorat. d. §. sæpe hanc rationem ad matrimonij contractum deducit, quia ius canonicum hæc verba, in sensu simplici accipit, perinde ac si nulla adiecta conditio sit fauore matrimonij. Hæc ꝛ Didac. post Imolam Panor. Præposi. & alios; ꝛ quorum dicta mæra sunt somnia, quid enim peius dici pro ratione illius tex. potest, quam asserere ideo conditiones turpes, quæ non aduersentur matrimonij substantiæ non vitare matrimonium sed reijci, rato manente eo, quia ius similes conditiones subducit, & statuit pro non adiectis haberi, hoc enim inquirimus, cur ius canonicum id statuerit, & ratio interpretatum nostrorum eadem est cum dicto: quinimo vt superius docui, maior ratio, & fauor militat vbi turpes conditiones aduersus substantiam matrimonij apponuntur, quam vbi eam non respiciunt. Ad hæc si ius reijcit has conditiones vt Dida. & ceteri affirmant, eo magis contractus matrimonij nullus esse debet, quia aduersus legem prohibentem l. non dubium C. de legi. 1. pacta, quæ contra de pact. præterea cum matrimonium sit vere, & proprie contractus ad instar aliorum regulandus est, vt omnes fatentur, nisi aliqua specialitatis ratio in eo magis, quam in illis militet, quod libro 2. fuse dicam: vnde cum turpes conditiones ceteros irritent contractus, & si non sint aduersus eorum substantiam. §. quod turpi instit. de inutil. stipula. l. generaliter l. veluti l. si plagij ff. de verbo. obliga. sic contractum matrimonij: qua extrema argumentatione aduersus communem rationem, tollitur sum-

damentum communis opinionis, quæ a simili argumentatur de turpibus conditionibus in vltimis voluntatibus iniectis, quas ius civile fauore testatorum subducit, rata manente eorum dispositione: nam non de contractibus vt nos, ea iura loquentur, sed de sola testatorum dispositione, quam ideo ius conseruat remotis turpibus conditionibus, quod non de alterius, quam solius testantis iure agatur, & illius conseruanda voluntate, quæ aliter seruari non poterat, quæ ratio in contractibus cessat vt supra.

- 148 Vnde ꝛ vera ratio illius tex. exquirenda est: non aliam hanc esse putauerim, quam superius redditam, quod scilicet in matrimonio verus, & deliberatus consensus requiritur, hic deficit vbi aduersus substantiam matrimonij turpes conditiones adijciuntur propter repugnantiam actus: vbi vero non pertingunt substantiam adest verus, & deliberatus consensus, quo perficitur matrimonium; ceterum ideo fauore matrimonij dixit Roma. Pontifex in d. cap. fina. submoueri has conditiones, quod ceteros contractus huiusmodi conditiones turpes irritent, & annullent, matrimonium noluit, quia vt Sacramentum sufficit si deliberatus consensus adsit, quem huiusmodi conditiones turpes tollunt. Limita ꝛ casum hunc primo, quoties vere deficit consensus in contractu matrimonij propter has turpes conditiones, quia non aliter contraxisset, nam in foro interiori, (licet in exteriori secus) non erit matrimonium, & poenitenti credendum erit, vt recte animaduertit post Palud. Adria. & alios Dida. d. §. 2. num. 4. Sed ꝛ & in foro iudiciali nullum esset iudicandum, quando constaret consensum defecisse, vt quia expressè ita fuerit contractum matrimonium, vt nullo modo consentire vellint nisi adueniente conditione Didac. ex Adria. & alijs supra num. 5. Subdit ꝛ posse Iudicem coniecturis præsumere consensum defecisse, id colliget vbi contrahens credebatur conditionem esse natura possibilem, quæ impossibilis erat, vt infra dicam.

- 152 Ceterum ꝛ hæc omnium traditio vera nõ est: quinimo in foro iudiciali matrimonium esset iudicandum, non obstante qualibet verborum conceptione; quia tex. in d. cap. fina. generaliter loquitur, nec distinguit, quæ qualisve sit verborum contrahentium matrimonium expressio, consequenter generaliter intelligendus ꝛ secundo restringere dispositionem illius tex. ad eum casum, eidem textui aduersatur, quo statuitur fauore matrimonij, turpes conditiones submoueri debere: Tertio si vera est ratio Didac. & communis opinionis, licet a me impugnata, quod

K 4

quod ea de causa Ecclesia has turpes conditiones non recipit, quia de favore agitur matrimonij, & ideo pure interpretatur canonicum ius contrahentes consensisse: utiq. hæc eadem ratio hanc subvertit sententiam, nam & tunc militat quando quavis verborum conceptione consensus defecisse præsumi possit. Sed & eadem ratio nostra superiorem prosternit sententiam si vera est illa, nam non deficit consensus quando conditio non aduersatur substantiæ matrimonij vel illius bonis.

154 Limita & secundo quoties contrahens sub turpi conditione, credebat eam honestam. Et valere, quia hoc in casu, non potest dici hunc sic contrahentem pure contraxisse, quia credebat licere, quod in conditionem deduxit, nec turpem conditionem opinabatur; non igitur consensit in matrimonium pure, & simpliciter Adria. q. 7. de matrimo. Dida. d. §. num. 6. Cautum & autem iudicem velim esse, ut diligenter exquirat an is homo sit contrahens, qui turpem conditionem honestam fore credere potuerit, veluti si rusticus, & simplex, foeminavè fuerint sic contrahentes, alioquin si eruditus vir, astutus, & prudens, potius dolum, & cautelam subterfugiendi matrimonij contractum conijcere iudex deberet quam eo animo conditionem turpem adiecitam.

156 Tertia & inspectio, impossibiles concernit conditiones; huius inspectionis, primus est casus quando conditio adiecta, natura impossibilis est, secus si ex accidenti, veluti ex lapsu alicuius rei, quæ denuo redire nequit: primo casu matrimonium valet reiecta conditione. Secundo & minime: sic intelligitur tex. in d. cap. fina. in 2. part. ab omnibus ibi: quemadmodum & theologi etiam illum intelligunt secundum Dida. d. §. 2. num. 3. Azpil. d. cap. num. 62. Mozzi. d. §. num. 10. vers. quædam vero sunt impossibiles. Sanch. tracta. de matr. lib. 5. dispu. 4. num. 15. & 16.

158 Secundus & casus est quando conditio hæc impossibilis, respicit tempus præteritum vel præsens, quæ nec contingit, aut contingere potuit, hæc enim non irritant matrimonium, sed subducitur rato manente matrimonio d. cap. fin. in 2. part. declarat Dida. d. §. 2. nu. 3. ubi differentiam constituit inter matrimonij contractum, & ultimas voluntates Sanch. d. dispu. 4. num. 1. cum seq.

159 Tertius & casus est, quoties quis contrahit sub conditione natura possibili, sed iure impossibili; siue ius illud sit commune, aut municipale: Exemplum quando quis contrahit sub conditione, si licet intra quartum gradum matrimonium contrahere, vel alia simili aduersus iuris dispositionem: nam his casibus

valet matrimonij contractus, reiecta hac aduersum ius conditione: nam & hæc conditio de presenti saltim impossibilis iudicatur & si aliquando ius possit mutari, sic enim in ultimis voluntatibus receptum est l. 1. secundum communem intellectum ff. de condi. institu. §. impossibilis institu. de hered. institu. §. 1. conditiones §. cum quis de verbo. oblig. qui tex. insignis quidem est ad hoc institutum, & dicti enim rationem reddens scribit, quod & si ius mutari possit, id considerandum non est, sed status præsens tantum; stipulatio enim non ex iure venturo sed presenti estimari debet: quinimo ille tex. in verbis, ac si ea conditio quæ natura impossibilis est, aperte ostendit, natura etiam id impossibile iudicandum, quod lege impossibile est: & docet in his terminis Adrian. in 4. q. 10. de matrimo. Dida. d. §. 2. num. 6. Sanch. d. dispu. num. 5. & 6. posset exemplum dari in his, qui ante Sacrum Concilium contraxissent sub conditione, si aliquando liceret contrahere intra tertium, vel quartum gradum affinitatis vel cognationis legalis, ante illud enim prohibitio vsq. ad quartum gradum protēdebat, post a Sacro Concilio ex causa huiusmodi iuris communi prohibitiones ad secundum tantum gradum restringuntur cap. 2. 3. 4. sessio. 24. de refor. matrimo.

163 Ex his & sequitur valere matrimonium sub conditione contractum, & si lege impossibili, quæ ius venturum respicit, scilicet si liceat aliquando contrahere inter eos, qui sibi admittentem in 4. consanguinitatis gradu coniunguntur: hac enim conditione suspenderetur matrimonium, quemadmodum aduersus Syluestrum. Adrian. & Dida. supra recte opinantur; inferentes excommunicatos eos esse, qui sub hac conditione contrahunt matrimonium, si licet intra quartum gradum contrahere aliquando, & in pœnas incidere clementi. 1. de consanguini. & affini. quia scienter matrimonium contrahunt in gradu prohibito, ea nãq. conditio rejicitur, & actus remanet purus: quæ notanda esse illi dixerunt. Ceterum cur matrimonium sub conditione impossibili contractum teneat, cum consensus deficere videatur lib. 2. differemus.

164 Quartus & casus, possibili conditio matrimonium suspendit ca. super eo ex. de condi. apposi. illic Panor. Imo. Anto. Prapo. Dida. supra Adrian. Mozzi. & Syluest. Ceterum & necessaria conditio, veluti *contraham te cum si mane sol oriatur, vel si nox sit in solis occasu*, non suspendit tanquam sub conditione contractum matrimonium; ceterum in diem est argu. l. heres meus ff. de conditio. & demonstr. Syluest. supra in verbo matrimonium 3. num. 3. & alij multi, quos aduersus glo.

glo. contrarium docentem in ca. per toas de conditio. apposi. adfert Mozzi. supra nu. 10. ad medium.

165 Quæ de & necessaria dixi conditione, ad alteram de iure necessariam extendenda sunt: veluti si quisquam cum aliqua contraheret sub conditione *si consanguinea non sit, vel affinis*, hæc enim matrimonium conditionale non facit, si exprimat quia tacite inest, & necessario subintelligitur l. hæc verba ff. de leg. 1. l. conditiones l. aliquando de conditio. & demonstr. asserit communem Mozzi. supra nu. 10. in principio post Syluest. d. verbo num. 3. Quarta inspectio ad conditiones indifferentes pertinet, quæ cum honeste, & inhoneste esse possint, ad ea quæ superius tradidi recurrendum est.

SVM MARI V M.

- 1 Baldus summus Philosophus.
- 2 Voluntas, & potetia in omni actu requiruntur.
- 3 Voluntas in mente retenta non sufficit.
- 4 Voluntas in dispositionem transire debet.
- 5 Voluntas testatoris dispositiva tantum attenditur.
- 6 Qui potest facere, & non facit nolle presumitur.
- 7 Voluntas tacita non sufficit ad infringendum primum testamentum.
- 8 Voluntas sola in primogenij non consideratur.
- 9 Voluntas nuda in fideicommissis non attenditur.
- 10 Voluntas exprimi debet verbis, vel signis.
- 11 Voluntatem testatoris dicere hanc fuisse nisi dispositio ostendatur non sufficit.
- 12 Voluntas sola in contractibus non considerata.
- 13 Voluntas nec in delictis non attenditur.
- 14 Voluntas sola in contrahendo matrimonium non sufficit.
- 15 Promissio interna Deo facta ducendi aliquam in uxorem in foro conscientie tenet.

COMPARATIO. XXVII.

VOLUNTAS. INTERNA HOMINUM sicut non sufficit in eorum actibus, & testamentis, sic neque in matrimoniis; idque iure nouissimo Concilij Tridentini.

1 **B**ALDVS, quem & summum fuisse Philosophum, ex illius dictis, & scriptis apertissimum est, is igitur citans Aristotel. & Boet. in l. si testamentum n. 2. C. de testa. in & omni tradidit actu humano requiri voluntatem, & potentiam idem in l. 1. num. 55. C. de sacro.

Eccles. & conf. 326. lib. 2. Dida. in cap. cum esse num. 7. de testa. Magdalen. tracta. de num. testi. amplia. 1. 1. num. 241. qui, & alios plures citat, & his addendi Raud. in tract. de Anal. cap. 34. num. 30. & cap. sequen. num. 2. Tiber. Decia. resp. 5. num. 106. lib. 1. Meno. de presump. lib. 4. presump. 198. num. 1. vè modo alios præferam: Sane & voluntas hæc non sufficit in sola mente retenta, sed requirit expressionem aliquam ipsius voluntatis, alioquin solum propositum; in mente retentum nihil operatur l. quidam cum filium ff. de he. insti. cum vulga. Necessè est vt voluntas & illa in dispositionem transeat, alioquin vbi imperfecta nullius est effectus §. disponat in auth. de nup. l. quidam cum filia l. quoties §. tantundem vbi Bal. & Imo. de heredi. insti. Alexan. & Iass. in l. 3. C. de libe. prete. Deci. & alij quos citat M. A. Enge. conf. 64. num. 1. vnde neq. voluntas & testatoris, quæ tantopere apud nostros privilegiata est, nisi dispositiva sit, nullas obtinet vires, nullius est considerationis Gabri. conf. 103. nu. 32. lib. 2. addit ille ibidem, Quod & vbi quis non facit cum possit, presumitur nolle idem Gabriel qui eadem verba repetit conf. 111. n. 2. & nu. 11. lib. 1. idem pulchre conf. 113. n. 10. 12. 13. lib. 1. & eo non relato Menoch. de præf. lib. 4. præf. 40. num. 13. idem Menoch. lib. 4. de præf. præf. 60. num. 57. vbi ex alijs scriptum reliquit voluntatem & tacitam non sufficere ad infringendum prius conditum testamentum.

Sic in terminis primogenij, & maioratus & solam & nudam voluntatem minime considerari ad instituendum illud, vel illum fuisse Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 4. num. 6. 7. 8. & num. 28. Sic & in fideicommissis sola, & nuda voluntas interna non attenditur pulchre Bere. conf. 63. num. 14. & 15. Debet igitur & exprimi, verbis, signis, vel alio exteriori actu voluntas in fideicommissis (& si ea, sola voluntate sustineri possit §. fina. insti. de singul. re. l. omne verbum C. de lega. voluntate inquam) externa, non sola interna. Peregrin. qui recte declarat tract. de fideicom. artic. 11. num. 11. 12. 13. & seq.

11 Sed nec & sufficit dicere hæc est voluntas testatoris, sed dicendum, hæc voluntas, & dispositio testatoris, sic hæc, & alia similia congehsit erudite, autoritate, Alexan. Curt. Socin. Deci. Paris. Nat. Tiraq. & aliorum Simo. de Præ. trac. de inter ver. vltima. volun. lib. 2. solutio. 5. fol. mihi 92. a num. 7. 8. 9. & seq. & hæc quidem in vltimis hominum voluntatibus, quæ alioquin tanta iuris prerogatiua donata sunt, vt modo eas recensere laboriosum foret non subtile.

PROMISSIO CONTRAHENDI cum nullam repromissionem eiisdem verbis expressam desideret, an sic in sponsalibus.

IN contractibus, & quibusvis hominum dispositionibus sufficit, ut verba non eadem ipsa proferrantur, quæ ad aliquam inducendam dispositionem vel lege ipsa, iure communi, municipalis, aut communi hominum loquendi usu introducta fuerint, sed ut ea proferrantur, quæ id ipsum vellint, & equipolentia sint, nam & in stipulatione, et si interrogatio, & responsio præcedere illa, hæc subsequi, per eadem verba debeat. l. i. in principi. ff. de ver. obliga. Insti. eo. in principio: tamen si respondens alter dixerit stipulanti, quid in faciem, iuste responsum vltima. existimavit, quod æquipollentibus verbis in stipulantis voluntatem deveniat. d. l. i. §. si quis ita eo. tit. vbi Bart. & tota nostrorum docet Schola Gomes. li. 2. resolu. tit. de cōtrac. verbo. nu. i. in vers. Quarto infero, vbi id ipsum, & lege vltioris Hispaniæ obseruari scribit: Nihil enim refert, quid ex equipollentibus fiat. l. si mater vbi glo. C. de insti. l. gallus §. & quid si tantum de libe. & posthu. l. mulier ff. ad Trebel. Eadem enim est æquipollentium disciplina na ca. in his de verbo. significati. l. fina. in fine. ff. man. ca. tua vbi glo. & alij de consan. & af. finita. clem. ex ius. §. cum autem vbi Card. de verb. signif. Neq. in hac pervulgata traditione amplius insistendum, crebra enim omnium recipitur traditio, & præterquam vbi ageretur de forma, & actus solemnitate, quæ per æquipollentem non adimpletur, sicut docet omnes in l. i. de libe. & posthu. Tiraq. latè de ll. connubia. glo. 6. nu. 26. cum seq. & glo. 7. nu. 188. vbi latius.

Theologi autem cum in hanc inciderint controuersiam, an in sponsalibus sicut preedit & promissio ex parte vnus, sic & subsequi ex parte alterius debeat, suis adducti rationibus, non iuris dispositione animaduersa, qua tamen hæc, & quæstiones fere omnes terminandæ sunt, existimant & recte quidè, repromissionem nullam requiri in sponsalibus contrahendis, sed sufficere acceptationem quibuscunq. verbis, aut signis expressam, nã ut illi aiunt & censetur acceptare respondens, quibuscunq. verbis id faciat, & hoc quidem sufficit ut obligatio contrahi possit. Sic Paul. Syluef. Rosell. Tabie. Azpil. Veracru. Henriq. D. Anto. quos seriatim recenset Sanch. de matrimo. to. i. lib. i. dispu. 5. nu. 4.

Qui

- 12 In contractibus sane & dubitandum non est a fortiori, cum in his pressa & stricta fuit interpretatio, a verbis recedi non possit, & omisium pro omisso habendum sit. l. quidquid adstringenda de verb. obliga. l. veteribus de pac. cum alijs plerisq. Quinimo & in delictis (in foro loquor exteriori,) sola voluntas ad actus non deducta exteriores, minime reum quemquam alicuius pena facit. l. cogitationis vbi Bar. & alij post glo. ff. de pœnis.
- 13 Plane cum matrimonium contractus sit iurisdictionum, sicut in hominum dispositionibus interna voluntas non sufficit, sic & in matrimonio, quare et si quisquam in mente aliquando concepisset, vel dixisset, se aliquam uxorem ducere velle, non eum, neq. in exteriori foro, (de quo nulla esse dubitatio potest) sed neq. in interiori sufficeret propositum illud ut cogi a cōfessore posset, illam in uxorem ducere.
- 14 Authoritate D. Thom. Abulen. Turrecre. Domi. de Soto. Cordubæ. Merca. Gar. Lop. Aragon. Angle. Henriq. Molin. & aliorum nouissime scripsit Sanch. in tract. de matrimo. tom. i. lib. i. disp. 3. a nu. i. cum seq. vbi disputatione sequenti 4. addit, & ex multorum opinionione Theologorum, promissionem internam Deo factam ducendi aliquam in uxorem, valere, & in foro conscientiæ teneri voutentè, votum adimplere, quod an verum sit nec ne, quando de foro agitur conscientiæ Theologus relinquitur & Ecclesiæ Romanæ decisioni: verum superior traditio aperte probatur Concilij Tridentini verbis in cap. i. de reformatione. 24. verbis illis *vbi parrochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto*: his enim verbis aperte colligitur necesse ad matrimonij validitatem signa exteriora voluntatis, vel verbis, vel alio modo expressa, nec de hac opinione dubitandum.

SUMMARIUM.

- 1 Verba in quibuscunq. dispositionibus non una, & eadem esse oportet, sed sufficit ut similia, vel equipolentia exprimantur.
- 2 Nil refert quid ex equipollentibus fiat.
- 3 Equipollentium eadem est disciplina.
- 4 Formam, quæ desiderant per æquipollentem non adimplentur.
- 5 Promissio in sponsalibus an requirat ex parte alterius eandem promissionem.
- 6 Acceptatio sponsalium quibuscunq. verbis fieri potest.
- 7 Lex. i. de sponsa. noue declarata.
- 8 Differentia inter sponsalia, & matrimonium nulla consistit uenda.
- 9 Actus equipollentem facies censentire præsumi. m.
- 10 Obligatio verbis equipollentibus inducitur.

- Qui certe nullo ductus iure, vel authore, contrarium asserere ausus est leuissimis ductus rationibus prima autoritate ex. in l. i. ff. de sponsal. vbi diffinit I. C. sponsalia esse, mentio (inquit) & repromissio futurarum nuptiarum.
- 7 Sed hic tex. non sic intelligendus ut pressa, & pro forma lex. repromissionem desideret, id enim dixit, quod sic fieri possit, & vulgatum ostendit sponsalia contrahendi morem, nam & idem Iuriconsultus nudum consensum sufficere, & per absentes decernit. l. 3. eo. & quomodocunq. hoc fiat, l. final. eo. illotitu.
- 8 Sanè sicut & in matrimonio qualiacunq. verba sufficiunt, ut idem fatetur, & nos suo loco declaramus, & nulla inter sponsalia, & matrimonium differentia constituenda est, nisi quæ a lege expressim inducitur. l. tutor. In. vers. Scias tamen que de nuptijs tractamus, ad sponsalia pertinere ff. de sponsa. l. oratio. illo eo. tit. Neq. excluditur illa lege. i. actus æquipollens, qui vicem repromissionis sustineat, iuribus supra per nos in principio adductis: præsumit & enim ius, eum qui actum æquipollentem facit in actum consentire, & illum sufficere consensum ad contrahendam obligationem sicut interpretes declarant in dictis iuribus, quare neq. facit ratio secunda illius dicentis, non esse inducendam obligationem, aduersus possessionem voluntatis, quoniam ratio hæc in contractibus vera non est & Quod lex ad inducendam obligationem, verbis æquipollentibus fieri posse vult, quasi ea apertissimum sit voluntatis signum ad consensum producendum. d. l. i. §. si quis ita; vbi glo. Bar. Alex. Ias. & omnes in discriminatim. Nō etiam adiungi casui nostro potest regula, *Qui tacet de reg. iur.* quoniam extra terminos quæstionis est, non enim proposita fuit quæstio a Theologis, nec codeam Sanch. in terminis mere taciturnitatis, sed quando alter respondet aliquibus verbis consensum ostendentibus ut idè exemplificat ibi nu. 3. quando responsum sit ab altero, *gratias tibi ago*, vel si dixerit, *placet vel accepto*. Neq. discrimen & rationem diuersitatis, quam constituit inter sponsalia, & matrimonium sustineri potest, uti contraria expressim textui in d. l. tutor in vers. Scias. & tex. in l. oratio. de sponsal. tum & communi omnium tam Canonistarum quam Theologorum opinionioni, non igitur a communi Paul. Azpil. Her. Syluef. & aliorum opinione recedendum.

SUMMARIUM.

- 1 Sanch. opin.
- 2 Donatio, vel Promissio absenti facta reuocari potest.

- 3 Collatio beneficii absenti facta reuocari potest.
- 4 Donatio absenti facta nuntio, vel epistola reuocari nequit.
- 5 Promissio matrimonij absenti facta non valet.
- 6 Matrimonium, epistola, & nuntio perficitur.
- 7 Promissio contrahendi matrimonium vbi causam piam respicit an obliget.
- 8 Promissio pia contrahendi matrimonium non requirit acceptationem.
- 9 Votum quod apud Theologos dicitur, pollicitatio est apud Iuris Consultos.
- 10 Promissio matrimonij absenti facta non intuitu pietatis an obliget.
- 11 Promissio contrahendi matrimonij facta presentis, & tacenti mulieri valida.
- 12 Donatio, & actus quilibet delectabilis absenti factus acceptatus præsumitur.
- 13 Donatio infanti facta, an acceptatione egiat.
- 14 Donatio infanti facta acceptationem requirit saltim notarij.
- 15 Promissio matrimonij infanti facta acceptatione eget.
- 16 Pater pro filio recte stipulatur.
- 17 Pater infringere nequit donationem filio factam, & acceptatam.
- 18 Donatio per patrem acceptata ante ratificationem filij an reuocari possit.
- 19 Surdi opinio qualis in reuocatione donationis filio facta.
- 20 Promissio matrimonij filio facta, & per patrem acceptata reuocari potest ante acceptationem filij.
- 21 Promissio filio emancipato facta acceptari per patrem potest.
- 22 Mater pro filia matrimonij promissionem, & donationem acceptare potest.
- 23 Statuto stante quod alteri per alterum actio queri possit, promissio matrimonij potest per quemlibet acceptari.
- 24 Auius, & ceteri ascendentes acceptare donationem, vel promissionem matrimonij pro descendentes possunt.
- 25 Tutor & curator pro minoribus stipulari & acceptare donationem possunt, & matrimonij promissionem.
- 26 Promissio contrahendi matrimonij absenti facta stante iuramento, an reuocari possit.
- 27 Cap. sicut de sponsa. nouus & verus intellectus.
- 28 Iuramentum non operatur effectum acceptationis.
- 29 Promissio matrimonij absenti facta potest ante acceptationem tertij reuocari.
- 30 Theauri opinio circa reuocationem donationis absenti facta.
- 31 Donatio absenti facta per notarium acceptata irrevocabilis est.
- 32 Promissio matrimonij per notarium acceptata irrevocabilis est.
- 33 Promissio matrimonij Iudici facta in iudicio, & accep-

- 34 *acceptata per Iudicem irrevocabilis est.*
- 35 *Promissio matrimonij priuatis facta an teneat*
- per epistolam an coram eodem nuntio vel*
- altera epistola acceptari debeat.*
- 36 *Sanch. opinio. qualis.*
- 37 *Sanch. argumenta dissoluantur.*
- 38 *Consensus simultaneus non requiritur regula-*
- riter in contractibus.*
- 39 *Sanch. argumentum sublatum.*
- 40 *Promittens contrahere matrimonium cogi potest*
- id facere.*
- 41 *Acceptatio promissionis, & donationis quomo-*
- documq. fieri potest.*
- 42 *Donatio facta absenti per nuntium, vel episto-*
- lam acceptata censetur, & si non per eundem,*
- vel epistolam dona tarius ratificaret dona-*
- tionem.*

COMPARATIO XXIX.

PROMISSIO MATRIMONII
contrahendi absenti facta, neq. accepta-
ta, sicut in ceteris contractibus non obli-
gat, sic in matrimonio id ipsum, & an
iure nouo Concil. Tridenti.



QVÆSTIO hæc, ab ea pēdet, an promissio, vel donatio absenti facta valeat ante acceptationem donatarij, & reuocari interim possit, pēdet (inquā) ex illo primo principio, quod huic tractatui nostro principium dedit, & per occasionem non semel a me repetito, scilicet matrimonium iuris gentium esse cōtractum, & proinde de legibus terminandas fore iuris ciuilibus, & canonici questiones emergentes, his nisi, quæ ut sacramentum, matrimonium est in quibus legibus subest ecclesiasticis; Et ideo non tantū vt scribit Sanch. † in hac ipsa quæst. tract. de matri. 1. to. li. 1. disp. 6. nu. 24. decisio pēdet huius controuersie a iure civili, quod ius canonicum in ecclesiasticis etiam nō dedignetur sacras leges imitari, in his, in quibus leges non contrariantur ex vulga. cap. 1. & 2. de no. ope. nuntia. sed & proprie magis in hac materia attendendum matrimonium fore cōtractum. Quinimo & donationem, donat enim quisq. ex contrahentibus corpus suum alteri, vt suo loco dixi.

Huius quæstionis duplex est inspectio, prima vbi ita sit promissio matrimonij vt nullus sit, qui pro absente acceptet, secunda vbi promissio sit præseente aliquo, & acceptante nomine absentis.

Circa primam inspectionem firma apud nostros regula obtinuit donationem, vel

promissionem absenti factam reuocari sic posse, ac si nusquam facta fuisset cum enim sit cōtractus, & is nisi duorum consensu perfici possit, Reuocationi locus est l. absenti ff. de dona. l. nec ambigi C. illo titu. cunq. primum, & vetustissimum sit iuris principium non immorandū id enim ipsum, & in ecclesiasticis beneficijs scilicet collatione † Roma. Pontifex statuit in cap. si tibi absenti de praben. in 6. tradiderunt multi relati per Sanch. d. disp. 6. nu. 1. 2. & seq. & præter eos nouissime, & erudite Thesau. decisio. Pedemon. 70. a nu. 1. Peregrin. conf. 65. nu. 2. vbi plures refert idem conf. 94. nu. 1. & 2. li. 1. & Surd. qui multis conf. 351. nu. 3. lib. 3. dixi infra lib. 3. quæst. 76. n. 1. & seq. Requiritur † ergo vt absenti donatio queratur nuntius, vel epistola ad id expressim destinata sic Peregrin. supra Surd. ex alijs nouissime decis. 111. n. 12. latius multos adducens cōf. 351. nu. 29. & Ludo. de Moli. de Hispa. primog. lib. 4. cap. 2. nu. 58. l. 2. ff. de pac. l. qui autem §. fina. de cōf. pecu. resultat enim ex his mutus consensus, sicut post multos a se relatos scribit Peregrin. d. conf. 94. nu. 8. & nu. 15. & toto illo consilio, Surd. conf. 351. nu. 29. lib. 3. dixi infra li. 3. quæst. 76. nu. 3. & 4.

Ex hac † ipsa traditione prodit resolutio nostre quæstionis vt sicut promissio, vel donatio absenti facta nō valet, sic nec promissio matrimonij cum matrimonium quatenus cōtractus iuris gentium eisdem legibus subit, quibus ceteri cōtractus. Plane sicut † ceteri cōtractus per epistolam, vel nuntium cōficiuntur, sic matrimonium capi. veniens, secundum communem intellectum, qui clerici vel voue. ita fiet vt sicut in ceteris cōtractibus data acceptatione remanet validus cōtractus, sic in promissione matrimonij.

Maxima autē difficultas in eo est, an † promissio contrahendi matrimonij non acceptata obliget, quoties promissio respicit causam piam, vt quia promitteret quispiam se ducturum in vxorē, pauperrimam aliquam, vel meretricem ca. inter opera de sponsali. habito in Deum pietatis intuitu, & hoc sine præcipue, vt piū opus ex matrimonio consequeretur, sicut post Barto. & Tiraq. declarat idem Sanch. de matrimo. to. 1. li. 1. disp. 4. n. 9. & disp. 6. n. 17. duc igitur in hac quæstione regulæ obseruandæ.

Prima vbi matrimonij † promissio fit intuitu pietatis, nulla exigitur acceptatio, Deus enim acceptat, & cogendus esset promissionem matrimonij adimplere promittens, nā cū vere, & proprie vt cōtractus non valeat promissio, valet tamen vt pollicitatio, quia solius offerētis promissio sufficit, in his quæ ad Deum pertinent, Ecclesiam, & loca pia, l. 1. &

l. 1. & to. tit. ff. de polli. ibi omnes ca. crimus. 12. q. 1. l. nuda. C. de con. & comitt. stipula. l. sciendum §. dictum ff. de eden. edict. Anto. Gom. li. 2. reso. ca. 9. Iass. in rub. ff. de verbo. oblig. num. 6. Galiau, ibidem Ripa & ceteri Peregrin. conf. 94. n. 3. li. 1. Consentunt itidē, & in hac specie Theologi, & Canonistæ, † pollicitatio apud Iuris Consultos id apud Theologos votum nominatur de quo tit. ex. de vot. & vo. redemp. opinatur & id ipsum Sanch. quamuis non sic distincte explicet d. dispu. 6. nu. 25.

Ex huius regulæ † obseruatione prodit altera, promissionem matrimonij absenti factam, non tamen intuitu pietatis, minime obligare, quia cum sit pollicitatio mera, nisi in causam piam nullum operatur effectū, vt supra. Et quod mirandum sumopere et heni cos illos, & Ceteriles Iuris Consultos solo naturæ iure, & illius lumine edoctos pollicitationem, seu votum valere voluisse intuitu Dei, & causæ piæ gratia factū, sic igitur scripsit ex Theologis nouissime Sanch. 3. dispu. nu. 25. existimans promissionem hanc nulli esse effectus vbi & numero antecedenti 24. refert Angel. Syluest. Verac. & alios subscribentes.

Sane vbi † promissio hæc fieret scemine præseenti, & tacenti validam fore promissionem existimauerim, præsumitur enim acceptasse mulierem, cum promissio sibi utilis foret, non aliter sicut in donatione, quæ præseenti, & tacenti facta acceptata præsumitur ex receptiori opinione apud nostros sicut multorum autoritate resoluit Iuli. Clar. in §. donatio. quæst. 14. vers. sed pone, alius pleurosq. recensuit Meno. in cōmenta. de præf. lib. 3. præsump. 42. nu. 4. Dida. rubr. de testa. 3. par. nu. 13. Molin. de Hispan. primo. lib. 4. cap. 2. nu. 76. Gutier. in cap. quamuis pactum in præf. nu. 58. Ofal. decisio. 70. consentiunt Theolo. quales Molin. & alij quidam quos sequitur idem Sanch. d. disp. nu. 11. & n. 26. & dixi latissime quæst. 76. n. 9. li. 3. Quinimo cum † donatio, & alter actus delectabilis, qui in commodum absentis fit, præsumatur acceptat ab eo, qui sciuit autoritate Decii. Ruyn. Parisi. Rolan. Meno. Burfa. Rimin. Dida. Ludouico de Molin. & aliorum decidit Surd. decisio 111. nu. 12. 13. 14. ita promissio matrimonij absenti facta censetur acceptata, ab absente muliere, quem casum intactum relinquit Sanch. d. disputatione.

Veram suspectū est, quod idem Sanch. † scribit d. disp. n. 15. & pro constanti affirmat, donationem infanti factā valere, nullaque eger acceptatione particulari infantis prerogatiua ex tex. in l. iubemus C. de Eman. libero. quoniam Paris. ab eo citatus conf. 77.

14 nu. 33. Decidit † totum contrarium volens requiri stipulationem, & acceptationem notarij quinimo, & ratificationem infantis in tempore habili, Decius autē videtur intelligendus quando fuit donatio facta nascituris per donatarium, vel notarium acceptata: Ludo. de Molin. sequitur simpliciter Deci. in d. consil. & Burgos de Paz. loquitur expresse, adstante notarij acceptatione, & ratificatione per infantem facta, & requiri stipulationem notarij, & illius acceptationem respondit Alben. conf. 36. n. 2. post Bal. in l. cum a socero. C. de iure dotiū, Thesau. post Dida. & Afflic. decisio 70. n. 15. vers. fallit & limitatur quarto. & apertissime antea n. 4. in vers. Hi sunt, ibi nam Bal. hoc non dicit, & c.

Quare suspecta erit eiusdē Sanch. illatio, nu. 15. affirmantis quod sicut valet donatio infanti facta absq. acceptatione alicuius, sic & † promissio matrimonij, quamquam in hanc opinionem citet D. Thom. Syluest. Armil. Ledesm. & Manuel. nam & contrarium docuit Cardina. in ca. de illo nu. 2. de despo. impube. verius igitur videtur præter stipulationem, & acceptationem notarij requiri ratificationem: Neq. obstat tex. d. l. iubemus, quoniam loquitur in emancipatione, quæ quia tollit patriam potestatem, quæ speciem reuocet seruitutis, ideo aduersus iuris regulas statuit Ius. vt fieri possit filio nascituro.

Verum de hac quæstione latissime, & diligenter scripsi infra li. 3. quæst. 2. a nu. 55. 56. 57. & seq. multorum autoritate scripsi donationem filijs nascituris factam valere, etiā nulla adiecta stipulatione notarij vel patris, saltim fauore matrimonij ad eum reijcio lectorem locum, & iuxta resolutionem a me scriptā, matrimonij hæc quæstio terminada.

Secunda inspectio est vbi promissio contrahendi matrimonij fuit acceptata per patrem, vel notarium, vel alias coniunctas personas tres igitur constituendæ regulæ, prima an promissio matrimonij per patrem acceptata tum valida sit, vt promittens retrocedere nequeat, secunda an, idē sit in promissione facta notario, tertia, quid in promissione coniunctarum personarum.

Primæ regulæ decisio pendet a iuris nostri dispositione, num pater, possit pro filio absente donationem accipere, & num ante ratificationem filij absentis possit reuocari.

16 Circa primum † notissimum est posse patrem pro filio stipulari l. quod dicitur l. dominus ff. de verb. obliga. cum enim pater & filius vna, & eadem persona reputentur §. ei vero insti. de iuri. stipu. cum similibus ibidē per glo. adductis Bartol. & alij in d. l. quod dicitur, huic sequitur posse patrem pro filio absenti donationem acceptare neq. posse reuocari

nu. 13. vbi cum lauit alios non relato. Surd. nulla sane dubitatio est, quin etiam possit promissionem recipere matrimonij irretractabilem.

34 Ad tertiam regulam quando ꝛ promissio matrimonij facta est personis priuatis, Quid sit dicendum ex superioribus constat; quoniam cum non liceat personis priuatis pro alijs stipulari l. stipulatio ista §. alteri de verb. oblig. d. §. si quis alij ornat multis cum extentionibus, tum limitationibus Gabri. d. con. 1. a num. 7. cum seq. multis; sic sane nec matrimonij recipere promissionem, quia ad instar contractus donationis seu stipulationis regulanda est promissio matrimonij, quia contractus iuris gentium & a lege civili probatus & innuit Sanch. d. dispu. & si non ita aperte, num. 36.

35 Extremo ꝛ inquirendum, quod Sanch. d. disput. in dubium reuocat num. 35. An vbi promissio per nuntium facta est matrimonij, siue etiam epistolam num. necesse sit, coram eodem nuntio acceptare, vel alio quouis, & si per epistolam, an altera epistola acceptatio sit notificanda nam Archidia. Ioan. Andr. Anchar. Domi. Felin. Zazi. Alex. Angel. d. Anto. Sy luest. Sum. Tabien. Vera Cru. Henri. & Vual. ab eo adducti existimarunt, sufficere quomodocunq; consensum exprimat ei, cui promissio fit, quomodocunq; id egerit, non enim tunc reuocationi locus esse potest ex multis (quas prædicti interpretes) iuribus & rationibus adferunt.

36 Sanch. autem cum Bartho. Ledef. & Petro eiusdem nominis Vera Cru. & alijs opinatur requiri acceptationem coram eodem nuntio, qui fuerat destinatus, aut altero nuntio ad id expressim promittenti destinato, vel epistola saltim, sequentibus illi mouentur argumentis primo, quia (inquit) quia in matrimonio & sponsalibus sicut traditio, & promissio debet esse sensibilis, ei cui fit, ita & acceptatio, & repromissio: cum nulla diuersitatis ratio assignari possit inter promissionem & acceptationem, seu repromissionem: consequenter argumentatur vt promissio nuntio facta debet coram eodem, vel altero nuntio, ad id destinato acceptari. Sed hæc argumentatio leuis est, nam & si verum sit ꝛ donationem factam absentem per nuntium, vel epistolam ad id destinatum fieri debere, atq; adeo id verum, vt si transiens per viam audiret verba donantis, & diceret accepto, & post id referret donatario, adhuc donatio non valeret, vt in superioribus scripsi, multorum autoritate, & in his terminis Surd. col. 351. num. 29. qui plerosq; recenset: tamen vbi loquitur in terminis donationis ꝛ vel promissionis, in quibus de natura, & subtili-

tia contractus nõ requiritur simultaneus consensus, vbi in promissione & donatione quæ fit absentem per nuntium, vel epistolam; eo in casu sufficit pro acceptatione scientia donatarij, qui eo ipso quod scit, præsumitur ratificare, & donationem acceptare, est enim actus delectabilis (vt nostrorum verbis loquar, qui vnus tantum commodum respicit) & hoc sufficit, sic pulchre & erudite, eruditissimus resoluit Surd. Deci. Parisi. Roland. Meno. Bursat. Rimi. Dida. & Ludo. de Molin. decisio. 111. per totam: si igitur vt argumentatur idem Sanch. de promissione, & donatione ad promissionem matrimonij, & recte, metienda est regulis donationis, & promissionis, absentem facta dicti matrimonij promissio, sicut in illa sola sufficit scientia vt acceptatio præsumatur, sic in hac ipsa: quare aduersam sententiam merito tenuere multi alij quæ communis est & vera, qualis Archidia. Ioan. Andre. Domi. Anchar. Felin. Zazi. Alexander. Angel. D. Antoni. Asten. Roden. Syluest. Tabien. Vera Cru. & Vual. quos recenset idem Sanch. supra num. 35. a qua vti communi, & vera recedendum non est.

Neq; obstat secunda illius ratio, quæ ille sic, vbi ꝛ matrimonium inquit, vel sponsalia contrahuntur inter presentes, vbi vir diceret accipio te in uxorem, & mulier tam secreto responderet, vt nec verbis, vel signis illius posset voluntas percipi non sane foret matrimonium vel sponsalia: consensus omnino ille interuenit non sufficeret, recta certe argumentatio, sed quæ quæstioni ab eo proposito, & a me ipso cum eo adiungi non potest: nõ supponit argumentatio promissionem matrimonij vel sponsalium non absentem sed præsentem, neq; per verba de futuro, sed per verba de presenti, at lata in his differentia est, vt recte opinatur Sanch. quod & nos suo loco comprobamus, requiri signa saltim, quibus consensus percipi possit; at nostra quæstio in promissione matrimonij vel sponsalium facta absentem, quia promissio matrimonij, aliud matrimonium, sicut aliud est promissio donandi, aliud realis donatio sicut multis ostendi li. 1. vbi ꝛ scripsi cogi quemuis posse ad contrahendum matrimonium qui contrahere promissit, sicut is qui promissit donare vel vendere: verum hæc differentia, vt non eadem solemnitas requiratur in promissione, quæ in ipso actu, quamquam promittens cogi postea possit, vt promissionem adimpleat. cum solemnitate legali claudicat igitur argumentatio.

41 Tollitur præterea argumentum ꝛ ex decisio per Surd. d. decis. 111. quoniam promissio hæc donandi, vel contrahendi non requirit

quirit consensum simultaneum quamquam, contractus sit obligatorius, & ideo sufficit acceptatio quomodocunq; fiat, & si non per eundem vel alium nuntium vel epistolam.

42 Non obstat tertium sane ꝛ argumentum, neminem posse acceptare, quod sibi ignotum sit, inde ille, si inquit, non manifestetur acceptatio vel repromissio promittenti, per nuntium, vel epistolam, sed alij, non sufficit. Deficit ratio, in multis, primo, quia acceptatio promissionis sicut donationis potest fieri quomodocunq; etiam citra nuntium, vel epistolam ex communi Surd. supra tum deficit, quia ignotum non dicitur donatario, quando scit donationem sibi ab absentem factam, & si per nuntium vel epistolam acceptationem suam ostendat: idem Surd. d. decisione atque id ipsum nouissime nõ relato Surd. respondit Peregrin. consil. 94. & tractat. de fideicom. arti. 51. num. 5. num. 9. & seq. multis lib. 1. censuit donationem factam absentem per nuntium, vel epistolam, censeri acceptatam, & si non per alium, vel eundem nuntium, vel epistolam donatarius ratificaret donationem, & sufficiat verbo aut factum id facere num. 8. 9. 10. & seq. quare quod communi receptum sententia est, donationem absentem, nisi per nuntium, vel epistolam ad id destinatum fieri non posse, & omnino inutilem ex multis quos paulo ante citauimus, id intelligendum ex parte donatoris non ex parte donatarij qui præter nuntium, vel epistolam acceptare potest quomodocunq; sicque intellexere omnes, neque aliter interpretandum, quod cum forsitam Sanch. non præuidisset, ansam illi, alioquin doctissimo, præbuit respondendi aduersus communem sententiam.

SUMMARIUM.

- 1 Iracundie calore factum ratum non est.
- 2 Furiosus suus non est.
- 3 Iracundie calore factum in quibuscunq; dispositionibus non tenet.
- 4 Votum iracundie calore factum non valet.
- 5 Iuramentum iracundie calore factum nõ valet.
- 6 Confessio calore iracundie nulla.
- 7 Accusatio calore iracundie nulla.
- 8 Acceptatio secundi beneficii calore iracundie facta non facit vacare primum.
- 9 Delicta calore iracundie facta mitius puniẽda.
- 10 Exheredatio calore iracundie facta nulla.
- 11 Confessio in delictis calore iracundie facta nulla.
- 12 Diuortium calore iracundie factum non tenet.
- 13 Licitatio calore iracundie facta nulla.
- 14 Confessio in iudicio facta calore iracundie nulla.

15 Reuocatio donationis calore iracundie facta nõ tenet.

16 Matrimonia vel sponsalia calore iracundie facta non valet.

17 Calor iracundie talis esse debet vt ab ira, consensus penitus alteretur.

18 Calor iracundie qui consensus non immutat non infringit contractum.

19 Coniectura in probatione difficili attendenda.

20 Sponsalia vel matrimonium contrahens qui illico penitet an calore iracundie contraxisse videatur.

21 Actus in continenti factus ille dicitur qui in eodem loco fit & coram eisdem testibus.

22 Testis in continenti dictum suum corrigere potest.

23 In continenti fieri quandoq; id dicitur quod fit intra tres dies.

24 In continenti fieri aliquid arbitrio iudicis relinquitur.

25 Sponsalia contrahens cum aliqua calore iracundie, causa probata recedere potest.

26 Iracundie calore factum non dicitur, qui id facit quod homines integri iudicij facere solent.

27 Prudenter agens non dicitur calore iracundie facere.

28 Calore iracundie matrimonium contractum an dicatur vbi & iocalia data suere & publicata monitiones.

29 Calore iracundie in matrimonio factum quid dicatur.

30 Contrahens sponsalia cum muliere disparis gradus an calore iracundie factum dicatur.

31 Iracundus & furiosus equiparantur.

32 Restitutio in integrum aduersus sponsalia de presenti vel matrimonium non datur minoribus.

33 Iracundie coniectura sumitur vbi contrahens sponsalia multa in sui detrimentum & incommodum mulieris fecit.

34 Iracundia sola, quæ hominis iudicium peruertit, omnino, hæc sola irritat actus.

35 Iracundia leuis non irritat actum.

36 Sponsalia iracundie calore contracta semel, & pluries per aliquos actus ratificata, non infringuntur.

37 Matrimonium calore iracundie contractum tali calore, qui sensum omnino peruertit matrimonium irritat.

38 Sponsalia vel matrimonium in dubio calore iracundie contracta non præsumuntur.

COMPARATIO. XXX.

CALORE IRACUNDIAE CELEBRATOS CONTRACTUS RETRACTARI, AN ID IPSUM IN SPONSALIBUS VEL MATRIMONIO, & QUID IURE NOVO CONCILII TRIDENTI.

L Factum

ACTVM calore iracundie & ratum non esse, regula iuris ostendit apertissima in l. quod calore de reg. iur. impedit enim ira animum ne quisquam iustum discernere possit, uti dixit sapiens, ideo Dei ira non sicut hominis est, quae sensum perturbat. ca. productior de poeniten. dif. 4. Sane sicut suus & non est furiosus, id est sui ipsius iudicium, & moderatione continens, uti dixit Iuris Consultus in l. fulcimus §. adeo ff. qui ex cau. in posse. sic & iratus arbitrio caret, nec suus dicitur ut illius dicta vel facta iure subsistere possint d. l. quod calore. Et sicut furiosi actus nulli iudicandi l. furiosi de regu. iur. pariter ira concitati hominis: merito Apostol. locum ire dandum consuluit ne nos corripiat cap. illa & seq. questio. 3. uti hec & alia pulchre congesit Cagnol. in d. l. quod calore.

Regula haec in omnibus & fere vindicat, tam contractibus, quam etiam delictis, & alijs quibuscumque gestis & factis, in contractibus enim id apertissimum est Bart. Deci. Cagno. & Mayne. in d. l. quod calore Roma. singu. 508. post glo. in cap. 5. quis iratus 2. q. 3. Iass. in l. filiam C. de inof. testa. Felin. in cap. Matheus de Simo. Id ipsum in voto & glo. Panor. & alij in cap. dudum de conuer. coniu. altera glo. in cap. sunt qui opes 17. q. 4. In iuramento & id ipsum cap. sicut in primo de iure iur. l. 2. C. ad l. Jul. Mai. Confessio & calore iracundiae nulla glo. in cap. ex litteris de diuor. Panorm. in cap. a ferte de praes. Neq. aliud & in accusatione. l. 2. C. de abolitione. Acceptatio & secundi beneficii calore iracundiae facta non facit primum vacare ca. de multa vbi Panor. de Praeben. In delictis & omnes id ipsum admittunt, sicut innumeris citatis Tiraq. tract. de poenis causa 1. a nu. 1. cum seq. & in blasphemia loquens & nonissime Farina. to. 1. qq. crimina. sub titu. de delict. & poen. quest. 20. nu. 47. cum seq. Bayar. ad Clar. §. fina. quest. 60. num. 36.

In exheredatione & iracundiae calore facta de filio, & si cum iusta causa ut non valeat l. si filiam C. de inof. testa. vbi omnes Menoch. conf. 544. nu. 6. lib. 6. idem conf. 956. nu. 41. 42. lib. 10. & in confessione & delictis Carre. in prac. crim. §. homicidium vers. Septimo excusat a nu. 1. In diuortio & calore iracundiae tex. in l. 3. de diuor. cap. diuortium de poeni. dif. 1. cap. si quis iratus 2. q. 3.

In licitatione & calore iracundiae facta tex. in l. licitatio ff. de publica. in verbis, quae calorem licitantis ultra modum inflauerit, in confessione & calore iracundiae facta in iudicio Paris. in cap. cum venerabilem de exceptio. in reuocatione donationis calore iracundiae

respondit nouissime Pere. confi. 49. num. 20. lib. 1.

Vnde haec regula constituenda; calore iracundiae & matrimonium, vel sponsalia celebrata, nullum producit effectum, cum enim id in ceteris vindicet actibus, & contractibus ut paulo ante in sponsalibus, & matrimonio, id ipsum constituendum ex Theologis Sanch. de matri. lib. 1. disp. 8. n. 4. & seq. qui Theologica methodo hunc declarat articulum. Ego vero nostrorum ordinem sequens clare, & familiariter prosequar. Neq. displicent quae ille inibi nu. 5. 6. & seq. sed cum nos forum exteriorē attendam, cum Ecclesia non iudicet de occultis, quae in hoc foro statuenda sunt persequemur paucis.

Calor & igitur iracundiae quo contractus infringuntur talis esse debet, ut ab ira consensus poenitus alteretur, ac si quis suus sit, sed ira motu sic concitatus, ut quid agat fere non percipiat sic Panor. & Feli. in c. sicut de iu. iu. Deci. Cagno. & Mayne. in d. l. quicquid calore. Bal. Sali. & Iass. in d. l. qui filiam C. de Ino. tes. Tiraq. de poen. tem. cau. 1. a nu. 1. cum seq. vbi extendit & limitat Mench. de succes. creatio. lib. 1. §. 16. nu. 616. Alcia. respon. 477. nu. fin. Soci. iu. conf. 36. n. 10. lib. 2. Meno. d. conf. 544. lib. 6. n. 5. & 6. conf. 956. nu. 41. 42. lib. 10. & Clarius Cagno. supra citatus in d. l. quod calore nu. 4. & 5. post Ioan. Andr. Panor. & alios in c. dudum, ex illo tex. de conuer. coniug. & dixit pulchre Felin. in d. c. sicut, quod ea omnia quae immutant consensum, & illum ledunt vitiant actum, & consensum per errorem actus fieri censentur l. non fatetur de confes. Cagnol. supra, qui & intulit eam non irritare iram contractum vel actum, quis consensum minime immutaret, atq. in hanc sententiam omnes conueniunt, & sequitur Bayar. ad Clar. in §. fina. quest. 60. n. 36. Carre. Deci. & Cagnol.

Tota in eo consistit difficultas, quando sponsalia, vel matrimonium ira celebrata dici possunt, ut non valeat, nam in discernendo contractum ira celebratum fuisse nec ne summam omnes difficultatem constituunt, sicuti dixerunt Panor. & Feli. in d. c. sicut Deci. & Cagno. in d. l. quicquid calore Meno. in citatis consilijs, & Bayar. supra: ipse eas referam coniecturas, quae mihi probabiliores videbuntur, & si in hac materia, & quaestione proposita nullus lucus fuerit loquatur Decurrendum & enim est in probatione difficili ad coniecturas, sicuti in hac eadem specie quaestionis nostrae respondit Meno. post Soci. & alios conf. 544. nu. 7. lib. 6. & conf. 956. nu. 41. lib. 10.

Existimauerim & primam probationem, aut verius coniecturam validam, cum is, qui sponsalia, vel matrimonium contraxit, calore iracundiae

die breui tempore in se reuersus recipit, & poenituit, sic lex in d. l. 3. de Diuo. & lex in d. c. si, quis iratus, & ca. diuortium, vbi breui tempore poenitens mulieri, quae diuorterat, diuortium fecisse non censetur, sic & Paris. d. c. per venerabile de excep. quae sequitur Cagno. in d. l. quicquid calore n. 13. ad medium censet confessione in iudicio facta calore iracundiae, illi co posse retractari non docti de errore, quae aut ex interuallo minime, nisi error probetur, quoniam ut dixit tex. in l. lecta in ver. diceba de re. credi. ea quae sunt in continenti calore actui videtur, nec separata iudicatur, sic & Cagno. supra nu. 13. ad mediu.

Sic & Bal. scripsit in l. petes C. de pac. & illi vere actum in continenti factum dici, qui sit in eodem loco, & coram eisdem testibus, vnde si iracundiae causa precedere quisquam sponsalia, vel matrimonium contraxerit, & illico eundem poenitet, antequam ad alios actus perueniat, proculdubio iracundiae calore causam dedisse sponsalibus credendum, atq. ideo nulla iudicanda, Sic & testis in continenti dictum suum corrigere potest iuxta glo. receptam in §. quia vero in auth. de testa. Feli. & alij in c. praeterea de tes. cogen. interpretatur ij omnes, in continenti prius quam a iudice, vel notario ipsum examine recedat sic Bal. in d. l. lecta vel vbi adhuc cum parte loquutus non fuit Panor. nu. 12. in d. c. praeterea Gram. voto. 70. nu. 4. Capi. decis. 61.

Deniq. cum ex diuersitate locorum, & per sonarum, tum etiam rerum, quae aguntur, in continenti fieri dicatur, id quod intra tres dies fit. l. fina. §. illico vbi Iass. C. de iud. & in l. lecta. nu. 19. d. reb. credi. quandoq. intra decem dies glo. in l. at eo. c. quo. & qua. iud. & quia oes conueniunt, ut ex his causis, quid in continenti fieri dicatur, vel ex interuallo iudicis recti arbitrio relinquendum sit, sicut oes supra relati interpretes docent, & ostendit diligenter Meno. de arbit. iud. qq. lib. 2. casu. 9. 10. 11. 12. & 13. ille consulendus.

Ego vero in quaestione proposita opinor, eum, qui sic sponsalia contraxit, calore iracundiae, causa iracundiae probata recedere posse, illico post sponsalia, antequam ad alios actus procedat, qui ab his sunt spontentibus, qui appensate, consulto, & animo deliberato, sponsalia contrahunt, veluti cum post promissionem tractatis tribus vel pluribus diebus iocalia traduntur, annulus, vel alia, quae in signum sponsaliorum dari, aut defferri solent; deliberati enim & animi iudicium arguitur in eo, qui id facit, & ceteri integri iudicij homines facere solent: id est si ab his, qui matrimonium celebrant. Quod enim communiter fit, id legitimum iura nostra crediderunt tex. insignis vbi post glo. & Bart. ceteri oes in l. certi codictio §. si nummos ff. de re. credi. c. constitutus de resig. Domi. cap.

Ecclesiasticarum. ii. dist. & dixit tex. in l. penul. ff. de costi. pecun. non facile recedendum esse ab eo, quod diu aquum visum est: innumera coarctant interpretes huius traditionis simillima in d. §. si nummos, quae sileo. Et Euerar. in Topi. legal. loco. 63. a nu. 1. cum seq.

Nec is, qui prudenter agit, calore iracundiae agere dici potest argu. l. lucius in verbis, prudens consilium, de hare. insti. l. Saluius Aristo. verbo. temperari, & in verbo, reprehensorum de lega. praestan.

Neq. his obstat si obijceret & quisquam, eadem caloris & iracundiae causam, quae sponsalibus causam dedit, potuisse ansam tribuere & dationi iocaliu, & publicationi monitionum, & his similibus, & calore successiuum usque ad triginta dies posse perdurare, ex communi opinione, de qua Meno. post antiquiores de arbit. iudi. q. lib. 2. casu. 361. nu. 202. 1. quae ego sequutus sum li. singul. de sacra. homi. amitt. immu. c. 4. n. 35. vers. Secundus casus: id enim in delictis censent interpretes ad mitigandam poenam occidētis iusto dolore impulsis, non in alijs sicut Deci. d. l. quod calore scribit Carre. in supra citato loco nu. 7. & ipse in d. c. 4. Bayar. supra citatus.

Sane cum de similibus ad similia procedendum sit l. non possunt ff. de legibus, sicut in materia matrimonij, & diuortij, illius leges & iura. & canonica interpretantur calore iracundiae factum fuisse id, quod momentaneum fuit d. l. 3. ff. de diuor. apertius in l. pleriq. ff. de rit. nup. in verbis nec inter moras, aut illa ei nupsit, aut is aliam duxerit, maxime si nec dotem vir reddiderit d. c. si quis iratus. id ipsum ad hanc speciem perducendum videtur, vnde nec Cagnol. eam durationem caloris iracundiae usque ad dies triginta admittit, etiam in delictis, & iniurijs in d. l. quicquid n. 12. & 13. sed tutius inquit est in continenti iniuria illata reuocare: multa ad hanc probandam coniecturam similia adduci possunt, quae interpretes in citatis locis, quae consulto praetereo.

Secunda coniectura & conijci potest, cum quis contraxit sponsalia cum ea, quae cum ipso contrahente disparis erat, & inaequalis gradus, & qualis foret, quam nec eiusdem conditionis in uxore duxissent, nam causa iracundiae probata, sponsalia eodem calore celebrata fuisse presumi posset: eouerso ordine non presumetur calore iracundiae contracta sponsalia, quoniam sponsalia est gradus cum despiciente eximie virtutis, & honestatis, argu. ab assuetis, & prudentiae solitae adhiberi in similibus ut supra; & si enim solus error nisi circa personam, & conditionem seruilem non iritet matrimonium, sicut scripta lib. 2. differen. 5. & 6. non tamen negant interpretes, quin ex defectu consensus, matrimonium infringi non possit, quinimo totum

facit consensus in matrimonio, sicut miles dixi. At qui ira graui motus aliquid agens equiparatur furioso, vel ebrio, sicut tradit Cagnol. post alios in d. l. quicquid calore. & omnes in principio adducti, sicut igitur ij cōtrahendo sponsalia vel matrimonium ex defectu consensus nihil agunt, sic calore iracundia aliquid faciens, nam & in voto, iuramento, & his similibus iracundia impulsu, nihil præstare coguntur sic supra omnes.

31 Quare licet & aduersus contractum matrimonij non detur minoribus, nec maioribus in integrum restitutio sicut scripsi lib. 2. differen. 6. intellegendum, dum defectus consensus minime deficiat, alioquin secus.

32 Tertia & cōiectura sumi potest calore iracundie, quando cotrahens sponsalia, multa pactus est in sui detrimētum, vel suorum, & incommodum mulieris, causa certe iracundia probata facile conijci posset despondentem iracundia euersum id fecisse; fecit enim hic quod facere non debuit, hanc in simili cōiecturam, & in propria specie actus per iracundiam gesti tradidit Meno. d. conf. 544. nu. 7. ad finem cum seq. lib. 6. & d. conf. 956. nu. fina. lib. 10. imprudentissimū enim est sui ipsius, vel suorum utilitatē despiciere, & ea, quæ fieri non debuerunt admittere.

33 His aliæ similes adiungi cōiecturæ possent. Verum & animaduertendum in hac specie, talem esse iracundiā debere, quæ hominis iudicium inuertat omnino, hæc enim sola actus infringit, non leuis, quæ n̄ inime iudicium absorbet, sicut post Ioan. Andr. Panor. Felin. & Deci. scripsit Cagn. in d. l. quicquid nu. 4. post Soci. Alcia. & alios Meno. d. conf. 544. nu. 7. vers. Nec huic argumento, Meno. post Tiraq. & Bal. lib. 1. de præsum. q. 14. n. 21. & 22. Bayar. ad Clar. quest. 60. num. 36.

34 Neq. ex leui & causa, sed magna quæ calori causam præbuerit Bayar. supra.

35 Animaduertendum extremo & has a me adductas præsumptiones tum cessare, cū is, qui sic calore iracundia sponsalia contraxit semel & pluries ratificasset perseverando d. c. si quis iratus d. l. quicquid calore, in verbis, quam si perseverantia apparuerit; rationem reddiderunt Iass. in d. l. si filiam & Cagn. n. 15. post Deci. quod in hoc casu cessat animi perturbatio, & concitatio ire, quæ integrum deprimebat iudiciū glo. in d. cap. si quis iratus, Bal. & Felin. à Cagnol. relati supra.

36 Quæ de spōsalibus dixi, & eadē iudico protrahenda ad matrimonij contractū, vnde si quis calore succēsus odio patris, vel alterius cum aliqua matrimonium cōtraheret, nullis præcedentibus monitionibus, præsentē parrocho, & testibus vbi tantus foret calor, qui

sentum pœnitus absorberet, nullū foret iudicandum ex defectu consensus ex eisdē rationibus, quæ in sponsalibus superius scripsi: sane si præcedentibus monitionibus, & inferticijs obseruatis, quia perseverantia ostēditur contrahentis; quæ iudicium absorberet, aliud iudicandum foret ex his quæ paulo ante num. 36.

Hæc ab alio vllō ex nostris, vel Theologis cogitata scripsi in hoc articulo, eadē & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio submitte, & alterius melius sentientis.

37 Enim vero & vbi dubium foret an calore iracundia sponsalia, vel matrimonium contracta & forent, iudicandū non iracundie causa, sed consulto, & appensate celebrata, sicut post Panor. Alex. de Neuo. Feli. & alios docet recte Sanch. d. disputatio. 8. in. 10. cuius opinio cū vera sit, & multis, qui sciens omitto, probari possit, tenenda est.

SVMMARIVM.

- 1 Muti, & surdi, similes sunt furiosis.
- 2 Surdi a natura & muti.
- 3 Mutus quos contractus inire potest.
- 4 Surdus, & mutus a natura neq. stipulari potest vel alium contractum celebrare.
- 5 Mutus, & surdus ex accidenti, qui scribere nouit contrahere potest.
- 6 Mutus, & surdus an matrimonium contrahere possit.
- 7 Mutus, & surdus signis contrahere potest matrimonium.
- 8 Mutus, & surdus a natura, qui ex viuacitate ingenij omnia percipit matrimonium contrahere potest.
- 9 Mutus, & surdus sicut, nec stipulari, nec etiam matrimonium contrahere possunt.
- 10 Mutis, & surdis matrimonij Sacramentum, sicut & cætera Ecclesiæ Sacramenta non denegatur.
- 11 Iudicis cautela qualis in admitendo mutum, & surdum a natura in matrimonium.
- 12 Mutus, surdus, & cæcus, an ad matrimonium admitatur.

COMPARATIO. XXXI.

CAECVS, MUTVS, SVRDVS, QVI contrahere nequeunt, vel testari, num matrimonium cōtrahere possint, etiam hodierno iure Concilij Tridentini.

MUTOS, & Surdos & similes fore furiosos, & dementibus, qui nihil percipiunt in comperto est. Et si enim perspicacissimi sint, ut plurimum ingenij, & ad labiorū nutum, & mutationem præsentiant, quid cū eis alloquentes vellint; quia tamen virtualiter in his

in his militat eadem ratio, quæ in furiosis, & infantibus, quia discernere nequeant ea quæ aguntur, nec quæ ab arte pronūtiantur, deficit operatio intellectus, qui super incognitis non operatur ut dixit Mascard. infra citandus ex Aristo. rationē reddēs, quoniā qui ab ortu naturæ surdi sunt, & muti; sic factū, & ut iure ciuili stipulari, nec promittere possint l. 1. de verb. ob. §. mutus de insti. stipula. l. 1. §. fin. de actio. & ob. In quibus iuribus fit equiparatio à lege, quoad hos contractus, & similes de muto, surdo, furioso, infante: Ant. Gom. lib. 2. tit. de resti. mino. num. 29. & nouissime Mascar. docens probationem voluntatis muti, vel surdi, de proba. to. 2. con. 1079. à num. 1. Sane vbi & mutus alios iniret contractus, veluti, societatis, & similes, posset quidem, quia in his nō verborum formula requiritur, quæ in stipulatione l. vbi nō voce de regu. iu. d. l. 1. §. fina. de actio. & ob. latissime Gom. supra.

4 Conueniunt & vero omnes ex nostris, surdum, & mutum a natura, neq. stipulari, vel alium quemcunq. contractum posse celebrare, nullo enim possunt modo, vel intelligentia recte percipere quæ aguntur proinde nullus foret contractus glof. celebris in l. qui id quod §. mutus ff. de donatio. ex l. discretis, vbi Bal. Sali. Angel. Iass. & alij C. de testa. 5 Gom. supra & Mascar. d. conclus. 1079. vbi & nu. 7. recte limitauit, in surdo, & muto ex accidenti, qui nouit scribere, vbi exemplū posuit in Zacharia, qui inibi latius post multos ab eo relatos.

6 Ex his decisio quæstionis & propositæ terminari potest, num mutus, & surdus matrimonium contrahere possint, si enim ad cæteros prospiciamus contractus, cum hi, qui a natura muti, & surdi sunt cōtrahere nequeant, sic nec matrimonium, cum sit contractus iurisdictionis: E conuerso autem cum muti, & surdi ex accidenti contrahere possint, sic & matrimonium celebrare. Crebrius igitur creditum & est, posse mutos, & surdos contrahere matrimonium, dum signis, vel proprijs, vel alterius edoceri possint, quid, quale matrimonij sit Sacramentum c. cum apud. Secundum communem intellectum de sponsa. vbi Ioan. An. Anto. Panor. Alex. de Neuo, & alij omnes cū alijs multis, quos congesit Sanch. de matri. lib. 1. disp. 8. nu. 12. to. 1. verum intelligenda & traditio cōmunis ut dictum est in his mutis, & surdis, qui vel ex accidenti hoc fuerint consequuti, nam ij omnia facile percipiunt signis, vel in his, qui ex viuacitate ingenij omnia perciperent; (cum tamē pauci sint) in alijs enim matrimonium contrahi posse interdictum est: cum enim (& si cæteri mi-

nime animaduertant) matrimonium contra & sit iurisdictionis, & verbis, tum etiā stipulatione soleret antiquitus celebrari, sicut in præfatione dixi huius tractatus, nu. 43. & alibi sapius, nam & sponsalia ab spondendo dicta sunt l. 1. & 2. ff. de sponsa. ita fiet ut sicut mutus, & surdus stipulari non possunt ut supra dixi ex l. 1. §. fin. de actio. & ob. §. mutis insti. de iure. stipu. sic nec matrimonium contrahere; in hoc enim huic comparatur contractui. Verū quoniā & Sacramentū Ecclesiæ est, & Sacramenta etiā mutis, & surdis interdicta non sunt, si intelligere quo quomodo quid ageretur mutus, & surdus posset, nec hoc Sacramentū debet denegari d. cap. cum apud. nam & hi absolui possunt, & confiteri, baptizari, confirmari.

11 Cæterum diligens, & circumspectus iudex Ecclesiasticus animaduertere prius debet, & experiri, an talis sit mutus, & surdus, qui sciat, & percipiat, quæ aguntur, ut recte animaduertit Angel. in Sum. verbo, matrimonium 3. imped. n. 28. post Hof. Io. Andr. Panor. Henri. Boy. & Alex. de Ne. Sanch. supra nu. 12. ad finē; signa & autē intelligentiæ adducit Mascar. supra. quæ non repeto.

Que de muto, & surdo diximus, eadem intelligenda de muto surdo, & cæco, sicuti post Ioan. An. Ant. Cardi. & Panor. scripsit Alex. de Ne. in d. c. cum apud. Angel. Tabien Brunel. Grego. relati per Sanch. supra nu. 13. & quorū opinione recte recedit, nam cū ea ratione mutis sit à iure indultū, ut possint contrahere matrimonium, dum signis id possint percipere, qui nec signa videre potest, audire, vel loqui, qua ratione contrahere matrimonium poterit, nisi & is aliquando vidisset, audisset, & loquutus fuisset, licet enim huiusmodi personis Sacramenta conferri possint, verum id ex eo contingit quod ut plurimum verba necessaria non sint, late in hac opinione consendit Ancha. n. 5. in d. c. cū apud n. 5. Carre. lib. 1. de spon. c. 4. Sanch. supra sed de his satis.

SVMMARIVM.

- 1 Consensus & si deficiat in interiori animo, dicitur in exteriori verbis manifestetur, valere facit contractum.
- 2 Consensus verbis expressis prolatus, & si animus deficiat, valere facit obligationem.
- 3 Nemo præsumitur verbis exprimere, quod prius mente non cogitauit.
- 4 A verbis contractus recedendum non est.
- 5 Verba clara nullam admittunt disputationem.
- 6 Coniectura voluntatis ex verbis elicitur.
- 7 Fideiubens pro aliquo, qui prius protestatur se nolle teneri, an tenetur.

- 8 Turpe dicitur aduersus ea venire, que quis lucida voce est protestatus.
- 9 Sanch. opinio subuersa.
- 10 Legis tertia ff. de actio. & oblig. intellectus.
- 11 Adulatorie, vel iactatorie aliquid promittens non tenetur.
- 12 Matrimonium ioco contractum non valet.

COMPARATIO. XXXII.

CONTRAHENS ABSQVE ANIMO se obligandi, an vere obligetur, quod item in contractu matrimonij, & quid iure nouo Concil. Tridenti.

Contractus omnes, & si interior deficiat consensus, valere in foro exteriori nullus dubitauit, hucusq. non enim leges a gentilibus illis & si summis Philosophis late ad forum, quem nesciebant conscientia respexerunt; Vnde summum sequuti Philosophum Aristotelē. lib. 1. Perihermen. cap. 1. (Qui ea, que in voce dicuntur, signa fore dixit eorum affectuum qui in animo sunt scripsit) cuius verba recensuit Bal. in cap. mandatum nu. 1. de ref. Soci. senjor. conf. 10. nu. 2. lib. 1. & hos sequutus est Meno. de præsum. lib. 2. præsum. 2. nu. 39. sequuti igitur Aristotel. & fancierunt, cum qui verbis aperte cōtrahit, stipulatur; vel emit, & si in interiore animo consensus deficiat, vere obligari: aliter enim nulla daretur vniquam obligatio, nullus cōtractus valeret, cum possent partes, quæ ex eo contractu dispendium aliquod, vel incōmodū pati possent, resilire, dicentes, se animum contrahendi non habuisse: hoc autem quā absurdum sit nullus non videt: Hinc recte labeo & scripsit in l. labeo §. idem habero ff. de sup. legat. neminem præsumi id verbis expressisse quod prius mente non cogitauerit. Et præsumit lex id ipsum in corde quod ore dictum fuit Menoch. supra num. 37. 38. verbis igitur inharendum, a quibus recedere non licet, non aliter de leg. 3. l. 3. & igitur de exerci. actio. Hinc & a verbis contractus recedendum non esse iussit. I. Consultus in l. fideiussores magistratum §. pro Aurelio ff. de fideiuss. l. si quis stipulatus sit stichum aut Panphilū ff. de ver. oblig. l. semper §. legem ff. de iur. iurimuni. l. cum præcipio C. de proba. d. l. nō aliter. Et vbi verba sunt elara, & nullo modo disputandum de mente l. continuus §. cum ita de ver. ob. l. ille aut ille §. cum in verbis de leg. 3. summam itaq. & coniecturam voluntatis ex verbis nostri eliciunt, sunt enim (vt Aristot. idem dixit) in Rhetori. ad Alex. verba, nota earum, que in animo sunt passionum: Menoch. qui ex dictis

præteriti, præsentis, & futuri temporis, coniecturas depromit, & si superiora minime pertingat lib. 1. præsum. quæst. 2. a. nu. 1. cū seq. pulchre Camil. de verb. signif. li. 1. ca. 4. à num. 2. & seq.

7 Hinc nostri illam terminant & quæstionē, si quisquam pro alio fideiubere intendens, prius protestetur, se nolle ex ea, quam facturus est fideiussione teneri, an post fecte fideiubēs remaneat obligatus; & remanere existimauit, & recte Bart. in l. nō solum §. morte nu. 23. vbi omnes alij post de no. oper. nūtia. cum & alios sequitur Gome. in lib. 2. refo. cap. de fidei. nu. 12. vers. item quæro: quoniam in his actibus, qui a voluntate pendent duorum requiritur consensus ipsorum, alias summum inde pateretur altera pars damnū ex dolo, & fraude vnius nisi protestatio illa fuisset intimata alteri vt recte ille inibi.

8 Hinc dixit Rom. Pont. & in cap. per tuas de proba. durum esse quemquam aduersus ea venire, quæ lucida voce fuit protestatus, & suo eadem infirmare testimonio: id ipsum ante dixerat Iustinia. in l. generaliter C. de non. num. peccu.

Et in terminis proprijs promissionis in matrimonio factæ vt valeat in foro exteriori, & si in interiori anima, aliud dicendū, resoluit Meno. lib. 2. præsum. 2. nu. 37. 38. cum seq. dixi lib. 1. compa. 3. nu. 14. ex tex. in ca. tua nos de sponsa. cum alijs ibi citatis quare & in hac cōtrouersia defecisse videtur Säch. de matr. to. 1. lib. 1. dispu. 9. num. 1. 2. 3. qui existimat de iure ciuili in initum pactū vel cōtractum absq. animo se obligandi non obligare authoritate tex. in l. 3. ff. de actio. & ob. qui id non dicit, solum illa lex docuit, & eū qui iocose: & præter animum se obligandi aliqua verba protulit, non ea obligare in vim contractus, quia non animo contrahendi sint dicta: quando scilicet iocose dicta sunt, vel exempli gratia vt cum quis alteri diceret, doce me formam stipulandi, & promittendi, & interrogatus diceret, promitto tibi mille, tu responde stipulor eadem vel accepta fero. Sic etiam & docent nostri id ipsum fore cum quis iactatorie, vel adulatorie diceret alteri, omnia mea tua sunt, vt in dies fit inter amicos, neq. enim obligarent, quia citra animum obligandi dici soleret, & proferri, sicuti post. Bart. & alios scripsit Fran. Mar. decif. 345. 1. par. & nouissime nō relato Marco, Pereg. cōf. 24. n. 4. & §. lib. 1. Cæterū vbi cōtractus in sua forma, & debita solēnitare celebratur, & si ex parte vnius cōsensus deficiat se obligandi nihilominus cōtractus sustinetur, quia ex verbis solitis obligandi præsumit lex, animum, vt supra dicebā; simulatio igitur in animo cōsistens nihil pderet, vt contra-

contrahēs se ab obligatione eximere possit, sicuti in spōsalibus, & matrimonio respōdit Rom. Pont. in d. c. tua nos de sponsa. Et in proprijs terminis matrimonij ioco, inter duos cōtrahentes quod non valeat scripsi authoritate Beroi. compar. 3. nu. 2. 1. Licet in his casibus in quibus cōsensus est necessarius adesse animus debet veluti in translatione dominij. l. in omnibus rebus ff. de act. & obliga. l. in totum omnia. vbi Deci. & Cag. ff. de re. iur.

SVMMARIVM.

- 1 Fideiussio in omnibus contractibus licita.
- 2 Fideiussor proprie dicitur, qui pro alio intercedit.
- 3 Causa in omni contractu requiritur.
- 4 Fideiussor omni obligationi accedit.
- 5 Matrimonio fideiussores accedere possunt.
- 6 Fideiussor adiecta pœna in matrimonio non tenetur.
- 7 Principalis, & fideiussor in matrimonio, & si ad pœnā nō tenentur ad interesse tamen sic.
- 8 Promissio soluēdi interesse in matrimonio valet.
- 9 Fideiussio de dote conseruanda in matrimonij non tenet.
- 10 Fideiussio in matrimonio hodierno iure Conc. Tridentini nec quoad pœnā nec quoad interesse valet.
- 11 Fideiussio hodierno iure in sponsalibus tenet, & quare.

COMPARATIO. XXXIII.

FIDEIVSSOREM IN CONTRACTIBUS dari posse, num id ipsum in matrimonio hodierno iure Concilij Tridenti.

Fideiussorū dationē in & omni cōtractu licitā fore, paucis casib. à iure exceptis, notissimū est, ideo generaliter Vlpianus scribit in l. 1. ff. de fideiuss. omni obligationi fideiussorē accedere posse, & rursus in commodato & deposito in l. 2. eo tit. Est autē & fideiussor proprie, qui pro alio intercedit, & soluere solēnter pmitit. rē, vel pecuniā pro alio debitā eodē tēpore, & loco, Gom. li. 2. c. 13. in prin. Et licet & vt ille ait, in omni cōtractu causa requiratur, hæc tñ sufficit, cū sit obligatio accessoria, quæ principalē sequitur obligationem, ad illius vel maiore fortitudinē, aut faciliore exactiōē, & omni & obligationi ciuili, & naturali accedit fideiussoria, siue ciuili tātū, aut naturali d. l. 1. & to. tit. ff. de fidei. l. 1. C. illo. eo. cū alijs multis cōgektis per Gom. supra.

Sic factū & vt cū matrimonij cōtractus sit iurisgētū, & huic accedere fideiussores possint, id est pro securitate illius ne post fidē datā matrimonij cōtrahendi post recedere audeat pacificētes: & huius opinionis fuit ex ve-

teribus Hostien. in Sum. de spōsa. §. 1. nu. 2. Alex. de Neuo. in c. Gēma. n. 31. de spōsa. Alberi. in l. fin. C. de spon. Sanch. nouissime de matri. dispu. 38. n. 1. lib. 1. Mouetur ij omnes ratione quod nullo iure reperitur prohibitum, consequenter videatur permissum.

Declarat tñ nūc relati interpretes, vt cū apposita pœna nulli sit effectus in matrimonio sicut pluries diximus, signāter lib. 2. sicut principales & ex cōtrahētibus, & si pœna sit adiecta in nullā incidūt pœnā, sic certe, & fideiussores ad illius pœnæ præstationē in quā principales nō tenentur, minime adstringentur, nō enim in maiore, vel duriore q̄ principalis causam fideiussoris possunt obligari l. grece §. illud ff. de fidei. §. 1. insti. eo. tit.

Sane etfi & ad pœnā non teneatur, potuerunt tñ cogi vt interesse præstet; quoniam & principales spondentes, & matrimonij cōtrahētes ad interesse recte teneatur, & illud soluere cogi possunt, nō interesse lucri cessantis, sed damni emergentis ob fidem violatā, sicut in ceteris contractibus, vt quia spe matrimonij multas vir vel mulier expensas fecissent, sic post Bal. & Salic. declarāt pulchre Præposi. in c. Gēma de sponsa. n. 12. Alex. de Neuo. nu. 20. Sanch. de matri. li. 1. dispu. 30. n. 14. rationē prodiderūt, quoniam quod vt interesse dāni emergētis soluitur, id nō in pœnam sed in recompenationem damni fit.

Valeat igitur & promissio soluēdi interesse in matrimonio, sub nomine interesse, & si sub nomine pœnæ minime sustineatur, sicuti post antiquiores explicat Alex. de Neuo. in d. c. Gemma nu. 20. Sanch. d. dispu. 30. n. 16.

Vnus & is præcipuus, cū obligatio principalis nō subsistit, quod igitur Hostien. & alij supra relati dixerūt pro securitate matrimonij fideiussores posse intercedere, declarandi sunt in his, quæ ad interesse pertineant, damni emergentis non aliter: verum vno & casu in matrimonio fideiussoris intercessio prohibetur, cum de dote conseruanda mulier a marito fideiussores postulat; iniustum enim visum est legumlatoribus, vt qui suam personam credunt maritis, ab his dotis conseruanda securitatem postulent l. fina. C. ne fidei. do. den.

An autē iure nouo Con. Trid. c. 1. de refor. matri. sess. 24. toties citato in hisce cōmētarijs, valeat huiusmodi fideiussorum intercessio, noua quæstio est a nullo hucusq. agitata, lubēter in hac cōscēdo sententiā, hodierno iure superflua fore prædictā disputationem, quoniam sicut ex cōmuni opinione resolui. supra cōpa. 19. n. 127. 128. ex matrimonio cōtracto aduersus Trid. Conc. nulla hodie oritur obligatio, nec ciuilis, vel naturalis, sic ibi multorū scripsi authoritate, ita fiet vt eū fide-

iussor accedere nō possit nisi adsit ciuili sal-
tim, aut naturalis obligatio vt in principio
dixi, cōsequēter nec accedere fideiussor pote-
rit vbi cōtra formā Conci. matrimoniū fuit
celebratū, & si aduersus legis phibitionē fi-
deiussor dari nequit d.l. 1. & si. C. ne fidei. do-
ti. den. interdictis personis cōtrahere id &
sic cōtrahere: quis dubitet fideiussor p secu-
ritate matrimonij clādestini teneri obliga-
tione aliqua nō posse, cū ipsi cōtrahētes non
teneantur, & fideiussores in plusq̄ principa-
les teneri nō possint. Vno. & autē casu com-
munis senētia pcedere possiet, qñ fideiussor-
es in spōsalibus dati forēt, cū enim spōsalia
sublata nō sint illo cōsilio, vt ex cōmuni dixi
lib. 2. differen. 11. num. finali fideiussoribus
datis locus esset.

SUMMARIVM.

- 1 Pignora in contractu matrimonij interuenire possunt.
- 2 Pignora in contractu matrimonij loco interesse recte dantur.
- 3 Pignora in matrimonio loco arrarum recte dantur.
- 4 Pignora in matrimonio loco pœne prohibita.
- 5 Pignora loco pœne data in matrimonijs siue in magna, vel in parua quantitate non tenent.
- 6 Pignora in contractu matrimonij siue tradantur in quantitate siue in specie vbi loco arrarum dantur, valent.
- 7 Pignora in matrimonio simpliciter data, loco arrhe data censentur.
- 8 Pignora hodierno iure Conc. Trid. in sponsalibus dari possunt, in matrimonio nō possunt.

COMPARATIO. XXXIII.
PIGNORA AN INTERVENIRE IN
contractu matrimonij possint, sicut cæ-
teris contractibus, & an iure nouo Con-
cilij Triden.

Pignora in & cōtractu matrimo-
nij interuenire posse, sicut & ar-
ram, & sicut fideiussores multi
crediderūt, & si enim vt i pigno-
ra proprie dari nō possint, quæ
debiti obligationē sequatur, si nō vt pignora
vt arræ tñ data sustinebūt, neq. de nomine
admodū curādū, qñ de mēte cōstat cōtrahē-
tiū l. si vno ff. loc. l. si olei. C. eo. tit. ornat Me-
no. de pref. li. 3. pre. 104. n. 28. sic speculat. in
nostra specie tit. de spōsa. §. primo igitur nu.
4. Hosti. in Sum. §. 1. & in d. c. Gēma. de spō-
sali. vbi post Inno. Ioan. Andr. Cardi. & alios
Alex. de Ne. n. 30. Iaf. post veteres in l. Titia
n. 15. de ver. obli. Imol. n. 5. Areti. ibidē, quæ
opinio cōmuni recipitur cōsensu, cōsentit ex
Theologis Sanch. de matri. lib. 1. disput. 38.
num. 1. & seq.

2 Hæc autē opinio & duobus modis declarā-
da est. primo cū pignora dātur p interesse,
& illius loco vbi, & quoties ppter nō sequen-
tū matrimoniū altera pars, quæ aliquas fecit
expēsas, dānū pateretur, p his dari pignora
possunt quoniā, & licitū fore interesse dāni
emergētis stipulās in hac specie ex cōmuni
resolui supra cōpa. pceden. nu. 7. sic fiet vt
soluto interesse, pignora restituēda sint illi-
co. Anto. de But. in d. c. Gēma. n. 9. Panor. n.
10. Prapo. n. 14. Syluest. Rosell. Ange. Brun.
quos refert San. supra n. 2. & vera opinio est.

3 Secūdo declaratur & vt possint dari pigno-
ra, etiam loco arrarū, vbi facta cōuētiōe de
arris, quæ traditæ nō sunt, in eadē arrarū, quā
titate pignora dētur, sic existimāt Hosti. Io.
Andr. Azo. Cardi. Imo. Iaf. Areti. Alex. de
Neuo. & alij citati supra in principio nu. 1.

4 Tertio & declaratur vt pcedat qñ pigno-
ra pro arris darētur, secus si p pœna imposi-
ta, cū enim pœna in matrimonijs interueni-
re nō possit d. c. Gēma & d. l. Titia, cū prin-
cipalis obligatio nō subsistit, & accessoria l.
cū principalis cū vulg. de re. iu. nec si iuramē-
to firmata foret, q̄ pluries dixi, & in pposita
specie docet glo. in d. l. Titia verbo. ma-
trimonia vbi Bart. n. 2. Alberi. in d. l. fina. de
sponsa. Salice. ibi. num. 4. Anchar. Brunel. &
alij quos Sanch. d. dispu. num. 4.

5 Quarto declaratur & cōmuni opinio siue
pignora sint in magna quātitate siue parua,
nihil enim refert, cū ex cōmuni sentētia di-
xerim li. 3. q. 1. nu. 78. valere dationē arrarū
siue in parua vel magna consistant quantita-
te ex rationibus ibi traditis.

6 Quinto declaratur, & siue pignora tradātur
in quātitate siue in specie, quāuis enim Bart.
Anchar. & alij quidā traditionē hāc arrarum
improbēt, cōmuni tamen refelluntur sen-
tentia dixi lib. 3. quæst. 1. num. 79.

7 Sexto declaratur, & vt traditio pignoris va-
leat vbiq̄q. simpliciter traditū fuit, nā & si
p pœna, & illius loco datū pignus diceretur,
quia tñ pœna nō exigitur illico, sed expecta-
tur cōtrauentio, potius pignus loco arræ datæ
censeretur, sicut dixi d. quæst. 1. num. 77.

8 Septimo declaratur & vt hodierno iure Cō-
cilij Triden. pignora dari possint in sponsa-
libus, quia valida sunt, siue publice, siue clā-
destine celebrētur, at vero in matrimonio re-
cipi nō pōt, cū enim ex matrimonio clādes-
tino nulla oriatur obligatio ciuili nec natu-
ralis, promde dicens a cōtractu matrimo-
nij clādestini, nihil amittere pōt, cōsequēter
restituēda pignora absq. dāni refectione vt
resolui supra compara. pcedenti num. 11.

LIBER PRIMVS EXPLICIT.



FRANCISCI MOLINI.
I. C. ET PATRITII ILER-
DENSIS, DE RITV NVPTIARVM,
& pactis in matrimonio conuentis.

LIBER SECVNDVS.

AD LECTOREM LIBRI SECVNDI
PRÆFATIO.

IN hoc secundo libro Lector optime, sicut in priori, nouo, & analytico
ordine agitur de matrimonio, quatenus Sacramentum est nouæ legis:
Et cum in primo dictum sit, quid commune vt contractus est matri-
monium, cum cæteris habeat, nunc conuersa methodo, in quibus vt
Sacramentum ab illis differat.

SUMMARIVM.

- | | | | |
|----|--|----|---|
| 1 | Conditiones impossibiles vitiant contractus. | 15 | Didaci argumentum soluitur. |
| 2 | Contrabentes conditiones impossibiles adijcien-
tes in contractibus, tacite velle videntur, non
valere contractus. | 16 | Conditionem difficilem adijcens in suo contra-
ctu, videtur eam iocose adijcisse, ideo nō va-
let dispositio: secus cum natura impossibiles
apposita est. |
| 3 | Caput finale de cōditio. apposi. quod nullus huc-
sq. intellexit secundum Dida. nouo, & ve-
ro sensu illustratur. | 17 | Cap. fina. de cōditio. apposi. de impossibili lo-
quens conditione de difficili intelligendus est,
secundum Dida. |
| 4 | Matrimonium contrahens sub impossibili con-
ditione, consentire in matrimonio non vi-
detur. | 18 | Dida. animaduersio reiecta. |
| 5 | Consensus in contractibus necessarius. | 19 | Matrimonium sub turpi, vel impossibili con-
ditione contractum, illius fauore inductum
a iure canonico, et ex tacita contrabentis in-
tentione pro non adiecta habeatur. |
| 6 | Cap. fina. de cōditio. apposi. obiecta patitur dif-
ficilima, quibus Durandus inter Theologos
doctissimus nesciuit respondere. | 20 | Ecclesia quamuis nequeat suplere consensum in
matrimonio, potest tamen declarare quis, &
quantus sufficiat. |
| 7 | Matrimonium sub impossibili conditione con-
tractum in foro interiori matrimonium non
est, licet in foro exteriori valeat, iuxta Pa-
ludani sententiam. | 21 | Cap. fina. de cōditio. apposi. & illius obiecta
dupliciter, & nouo dissoluntur. |
| 8 | Paludani opinio ab Adriano confutatur. | 22 | Conditio impossibilis duplex. |
| 9 | Substantia Sacramentorū immutari non pos-
sunt. | 23 | Consensus ex adiectione conditionis impossibi-
lis deficit. |
| 10 | Cap. fina. de cōditio apposi. intellectus mul-
torum adfertur. | 24 | Conditio negatiue concepta, non vitiat contra-
ctum, sed purus remanet. |
| 11 | Intellectus communis d. cap. finalis de cōditio.
appositis a Dida. improbat. | 25 | Cap. fin. de cōditio. apposi. volens conditiones
impossibiles pro non adiectis haberi de im-
possibilibus negatiue conceptis intelligen-
dum est. |
| 12 | Didaci obiectio sublata. | 26 | Cap. fin. de cōditio. apposi. altero, nouo, & ve-
ro sensu donatur. |
| 13 | Gregorius Nonus Pont. Max. phrasim Iu-
ris Consultorum imitabatur ex Didaci opi-
nionē. | | |
| 14 | Conditiones impossibiles in vltimis voluntati-
bus sustulit ius ciuile. | | |

Facta

- 27 *Facta pro infectis haberi non possunt.*
 28 *Consensus presumitur in matrimonio, ubi conditio substantie matrimonij & illius bonis non aduersatur.*

DIFFERENTIA. I.

CONDITIONES IMPOSSIBLES
contractus omnes vitare, matrimonium minime: Alia rursus ad intellectum cap. fina. de condi. appo. non ineliganter differuntur.



CONDITIONES & impossibiles in contractibus, pacta vitare in comperto est: sic enim Martianus I. C. scribit in l. non solum ff. de actio. & obliga. Non solum conditiones impossibili conditioni applicatæ nullius momenti sunt, sed etiam ceteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interposita aequè nullius momenti sunt, quia in ea re, quæ ex duorum pluriumve consensu agitur, omnium voluntas spectatur: quorum & proculdubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment apposita ea conditione, quæ sciant esse impossibilem: hucusq. Martianus I. C. cuius verba ideo volui referre, ut ex his præter aliorum sententiam verum tex. in ca. fin. de condi. appo. sensum depromam, tam & difficilem, ut nullus modo vsq. illum intellexerit quemadmodum fatetur Dida. in Epit. ad 4. 2. part. cap. 3. §. 2. num. 9. ad finem eandem cum matrimo. sententiam probat Iustinianus, in §. si impossibilis instit. de inuti. stipulatio. l. impossibilis l. stipulatio hoc modo l. in illa ff. de verb. obliga. regu. impossibilium de reg. iur. cum alijs adductis à glo. in d. l. non solum, & vbiq. interpretes nostri. Cæterum cū Roma. Pontif. de impossibili, & turpi conditione matrimonio adiecta an validum foret interrogatus fuisset in d. cap. fina. distinguit, vel turpis conditio substantie, & bonis matrimonij aduersatur, & matrimonium irritat, aut turpis non respicit substantiam, & tunc favore matrimonij tam ipsa quàm impossibilis rejicitur rato manente matrimonio; de turpi aduersus substantiam matrimonij veramq. huius decisionis rationem præter alios reddidi superiore libro comparatio. vigesima sexta, ad finem: de impossibili nunc: impossibile enim videtur quod de impossibili conditione Roma. Pōtifex statuit: quoniam, & qui sub impossibili contrahit matrimonium conditione, vere non consentit ut dixit Martian. in d. l. non solum.

- 5 Consensus & autem tam necessarius est in contractibus omnibus, ut citra consensum nihil agi videatur l. i. vsq. ad finem l. conventionis ff. de pac. præcipue in matrimonio, cuius consensum supplere nec Ecclesia vel illius Roma. Pontifex. possunt, quemadmodum passim Theologi, & nostri docent, scripsi superiori libro compara. 3. in principio, & compara. fina. difficilis & obiectio si quæ alia in iure reperiatur: vt Durandus vir doctissimus apud Theologos peritioribus solædam reliquerit. Paluda. vero. in 4. distinc. 29. quæst. 2. art. 5. conclu. 5. affirmat & matrimonium sub hac impossibili conditione contractum, vere in foro interiori matrimonium non esse, cæterum in foro exteriori teneri matrimonium perficere propter præceptum Ecclesiæ dicti tex. in cap. fin. Adrianus & merito, q. 7. de matrimo. hanc reuocellit sententiã, quia tex. in d. cap. fina. nullum instituit præceptum contrahendi, sed contractum omnino fuisse declarat: præterea si Roma. Pontif. absq. consensu matrimonium efficere nequit, & hic deficit, nec in interiori, vel exteriori matrimonio iudicari potest, nam quæ & sunt de substantia Sacramenti quia de iure diuino, immutari non possunt, vt post alios, Spinus scribit tractat. de testam. glof. 15. num: 34. & 35.
- 6
- 7
- 8 Alij aliud existimant, & neq. insubtiliter vt Dida. reffert supra scilicet tex. in d. cap. fina. intelligendum de impossibili conditione, natura ipsa vere, & proprie, at considerata mente contrahentium possibili, ident quam contrahentes matrimonium, vere possibilem esse credebant; exemplum perhibet, cum quis cum aliqua contrahit sub conditione si ei in dotem daret centum millia, cū nisi centum tantum quia pauper dare posset: vel eum quis contraheret sub conditione si ipsa eum regem faceret, Principem, vel Comitem; Nam sic contrahens matrimonium cum illa, sciens rem mulieri impossibilem pure contraxisse censetur: diuersum, cum natura impossibili contrahit conditione, iocose enim quam serio magis contrahere is presumitur, qui sub conditione si cælum ascenderis, vel eum digito tetigeris contrahit, d. l. non solum, & hanc solutionem probare videntur canonici interpretes & Theologi: & eam tamen improbat multis argumētis Dida. Primo quia sicut in primo casu, ita in secundo consensus deficit, quoniam eadem ipsa difficultatis ratio, quæ matrimonium irritat, militat in secundo, quando impossibile sit mulieri centum millia dare, quæ centum non possit.
- 9
- 10
- 11
- 12 Cæterum & hæc obiectio facile tolli potest, nam dispar est ratio vtriusq. casus, quorum

- rum primus natura impossibilis est, alter minime, & multa accidere possunt, quæ hominū iudicio impossibilia, post possibilea sint.
- 13 Ait & præterea decretalem illam ca. fina. conditam fuisse a Gregorio Nono Ponti. maxi. cuius decreta sapiunt phrasim Iurisconsultorum, apud quos conditio primi casus nō impossibilis, sed difficilis appellatur in l. continuus §. illud de verb. obliga. atq. ideo intellectus menti illius decreti conditoris non conueniret. Sed & obiectio hæc facilius tollitur, quoniam non sic Pontifex ille phrasim Iurisconsultorū sequutus est, vt in omnibus eas sequi videatur, in multis enim (vt omnes viderint) defecit: nec curarunt Romani Pontifices sermone elegantiam, quod de rebus animas pertingentibus, vt plurimū egerunt: Argumentatur & tertio, quia inquit, a-pertissime Roma. Pontifex in d. ca. fina. fauere voluit matrimonio, vt idem tex. dicit, sicut & ius ciuile idem fecit vltimis voluntatibus, a quibus conditiones excludit impossibiles rata manente testatoris dispositione, licet & in testatoribus liber exigatur consensus, & voluntas §. impossibilis instit. de hæredi. instituen. vbi glo. Angel. & ceteri Bart. & alij in l. i. de conditio. institui. Meno. tract. de adipiscen. possessio. reme. 4. nu. 152. dixi superiore libro compara. fina. vbi rationem reddidit, tamen in eisdem vltimis voluntatibus, conditio difficilis non rejicitur sed irritam facit testatoris dispositionem l. cū heres, §. i. ff. de sta. liber glo. & Angel. in d. §. impossibilis Bart. Imo. & posteriores in d. l. i. de conditio. institui.
- 14
- 15 Hoc & etiam argumentum tollitur, quia præsupponit Gregorium nonum in eo ca. fina. conditionem difficilem dicere voluisse non impossibilem more Iurisconsultorum: Rursus inter vltimas voluntates, & matrimonium vt docet d. compara. fin. maxima est diuersitatis ratio, quia matrimonium est contractus duorum, vnde ad aliorum in dubio naturam regulandus est, at in vltimis voluntatibus de vniuersa conferuanda voluntate agitur, quam ex coniecturis lex facile interpretatur, & vnde & hæc ratione ius statuit eum, qui conditionem difficilissimam in sua dispositione adiecit, iocose eam adiecit: extra ipsius voluntatē videri, & ideo dispositionem non valere interpretatur: secus cum natura impossibilem d. §. i. vbi glo. Barto. & Benedic. de Plum.
- 16
- 17 Extremo & argumentatur, quod secundū superiorē sensum verba tex. de impossibili conditione loquentia improprianda foret, nec vere de impossibili sed de difficili inteligerentur, excludereturque simul conditio impossibilis, quæ natura contingere nequit, cum tamen contrarium ille tex. sentiat. sub-

- dit intellectū illius capitis mire reconditū fore: & Responderi & huic argumento facile est, quia non nouum sit a verborum recedere proprietate, vt iura iuribus conciliantur c. cum expediat de electio. l. vni. C. de inof. dona. nostri in §. quibus in 1. Codi. consti.
- 18
- 19 Subiungit & tandē nihil amplius dici posse, quam quod antea dictum est, scilicet ius canonicum ex intentione contrahentium, & fauore matrimonij præsumere conditiones turpes, & impossibiles adiectas nō fuisse ad effectum suspendendi matrimonium ideoque statuisse pure contractum fuisse illud: & Mihi certe non omnino displicet hic intellectus, quia Ecclesia & si consensum supplere non possit quia de substantia sacramenti matrimonij tamen potest declarare quis & qualis sufficiat, nam ante Concil. Trident. solus contrahentium sufficebat consensus, post illud nisi fuerit præstitus coram parcho, & duobus testibus non valet, quemadmodum dixi superiore libro, & docet Spin. tract. de testa. glo. 15. nu. 34. 35. Nisi dicas quod in hac specie deficit omnino consensus propter conditionem impossibilem, vt dixit Martian. in d. l. nō solum. Sanch. qui pleraq. cumulauit tract. de Matr. li. 5. disp. 4. a nu. 1. cum seq.
- 20
- 21 Mihi & verò post alios libet dupliciter nō dum hunc dissoluere. Primo & duplex est conditio impossibilis, vna quæ affirmatiue concipitur, altera quæ negatiue, prior & in contractibus vitiat eos omnino, quia consensus deficit ex adiectione impossibilis conditionis veluti si digito cælum tetigeris, si cælum ascenderis, & his similia: & negatiua cōcepta non vitiat contractum, sed purus remanet, ac si adiecta conditio non fuisset, veluti si cælū digito non tetigeris, si enim non ascenderis sic enim & recte distinguit I. C. in d. l. impossibilis de verb. obliga. & in d. §. si impossibilis de inuti. stipulatio. & Quod igitur Roma. Pontifex statuit impossibiles conditiones pro nō adiectis haberi de huiusmodi impossibilitibus negatiue conceptis intelligendum est, non de his, quæ affirmatiue, quia talis contractus vitiant ob defectum consensus.
- 22
- 23
- 24
- 25
- 26 At si & hic sensus cuiquam non arrideat, alterum nostræ suscipiat officine (vt mihi videtur) meliorem: animaduertendum autem est, Roma. Pontificem in d. cap. fin. in priore illius parte generaliter in modum regulæ statuisse turpes conditiones aduersus substantiam matrimonij, & illius bona vitare matrimonium, subiungit in secunda parte limitationem non esse locum regulæ in ceteris turpibus, aut impossibilitibus conditionibus, quæ fauore matrimonij rejiciuntur rato manente ipso: *Exceptio, vt vulgo dicitur de regula esse*

la esse debet, I. nam quod §. fina. cum vulgari-
bus de pœn. lega. igitur cū excipiat Roma.
Pontifex conditiones turpes, quæ non aduer-
santur substantiæ matrimonij, excipit etiam
impossibiles eiusdem qualitatis, & tacitam
distinctionem adduxisse videtur in sponsali-
bus quam in turpibus fecit; vt impossibiles
aduersus substantiam matrimonij illud irri-
tent quemadmodum turpes, impossibiles
vero, quæ illi non contrariantur, sicut & tur-
pes non vitiant illud, sed ratum maneat, ac si
adiectæ non fuissent: & hic verus & genuinus
illius capitis sensus videtur. Exemplum quo-
ties quis cum aliqua contraheret matrimo-
nium sub conditione, si cum vxor sit & socia
alios in maritos recipiat: hæc enim impossi-
lis est conditio, etiam iure nature qua plura-
litas hæc natura reprobatur, quemadmodum
compara. i. post. Meno. & alios docui; aduer-
satur etiam societati & fidei, quæ bona sunt
matrimonij. Exemplum sit etiam, vbi quis
contrahit sub conditione si vxor facta, vxor
esse desinat; nam id impossibile est vt facta
pro infectis habeantur l. in bello §. facta de
capti. & post. limi. reuer. Menoch. tracta. de
adipis. possessio. remed. 4. nu. 152. 153. cum
vulgariibus. his alia multa exempla adiungi
possunt quæ pretereo: Si itaq. hæc impossi-
biles aduersus substantiam matrimonij adij-
ciantur ex defectu consensus, sicut & turpes
irritum efficiunt matrimonium, & Cæteræ naq.
turpes, aut impossibiles natura, veluti si cœ-
lum ascēderis, vel eum digito tetigeris, quia
non referunt substantiam, & bona matri-
monij, pro non adiectis censentur illius fa-
uore; presumit enim ius canonicum, consen-
sum adesse in contrahentibus, dum substan-
tiæ, & illius bonis non aduersantur, cum cō-
trahunt, quemadmodum superiore libro cō-
paratio. vigesima sexta scripsi, quæ dicta esse
vellim salua semper in omnib. sanctæ Sedis
Apostolicæ Romane autoritate, & grauitate.
de hac impossibili conditione Sanch. in
comm. de matrimo. li. 5. dispu. 4. a nu. 1. cum
seq. supra relatis.

SVMMARIVM.

- 1 Contractum obligatio qui sub conditione con-
trahuntur, in suspensio est interim.
- 2 Contrahentes a contractu sub conditione cele-
brato, interim donec conditio pendet, recedere
non possunt.
- 3 Contractus conditionalis quo ad hoc vt reuoca-
ri interim non possit, perfectus dicitur.
- 4 Conditionalis cōtractus spes, ad hæredes trans-
mittitur.
- 5 Conditionalis obligationis effectus multi in
iure.

- 6 Matrimonium cum alia contractum pendente
primi conditione, valet, & tenet.
- 7 Matrimonij fauore, & ratione libertatis il-
lius inducitur vt valeat matrimonium se-
cundo contractu pendente conditione primi.
- 8 Matrimonium cōtractum inter consanguineos
sub conditione si Roma. Pontifex dispensa-
uerit, an adueniente dispensatione nouo con-
sensu opus sit.
- 9 Vivaldi error.
- 10 Obligatio nulla oritur ex contractu a principio
nullo.
- 11 Contractus illicitus non dicitur, cum a contra-
hentibus in licitum tempus confertur.
- 12 Didaci traditio reprobata.
- 13 Personæ prohibita contrahere, nulla adiecta
conditio contrahere possunt.
- 14 Matrimonij contractum sub cōditione si Pa-
pa dispensauerit sub impossibili conditione
contractum censetur.
- 15 Impossibilia reputantur, quæ a Principis vo-
luntate dependent.
- 16 Possibilia reputantur quæ a Principis volun-
tate dependent, dum Princeps ea solitus sit
concedere.
- 17 Didaci traditio improbata.
- 18 Ludouici de Molina, circa ea, quæ a Principe
impetranda sunt, an impossibilia iudicentur,
distinctio adducitur.
- 19 Ludouici de Molina distinctio reiecta.
- 20 Concilium sacrum Tridentinum legem sum-
mis Pontificibus imponere non potuit, ne ab
ea recederent.
- 21 Papa supra Concilium est.
- 22 Matrimonij questio sub conditione contracti,
si Roma. Pontifex dispensauerit, vera reso-
lutio huicque a nullo percepta.
- 23 L. apud Iulianum §. constat intellectus.
- 24 L. intercedit de conditio. & demonstratio. in-
tellectus.
- 25 Interpretatum nostrorum error, in specie matri-
monij sub conditione contracti, si Papa dis-
pensauerit.
- 26 Matrimonij contrahentes sub conditione pos-
sibili, & honesta, adueniente conditione nouo
consensu non egent.
- 27 Conditionis implementum contractum condi-
tionalem perficit.
- 28 Matrimonij conditionalis perfectio ab imple-
mento conditionis pendet.
- 29 Didaci ratio sublata.
- 30 Tractus futuri temporis ad Iudicem non per-
tinet.
- 31 Cap. super eo de conditio. apposi. intellectus.
- 32 Martini ab Azpilicuetæ querimonia aduer-
sus Didacum illius discipulum, in Salmanti
censi academia.
- 33 Matrimonij contractum sub conditione, adbi-
bitis tamen solemnitatibus S. Con. Trident.
adue-

- adueniente conditione nouo consensu opus
non est.
- 34 Vivaldi inaduertentia simul & Matiensis.
- 35 S. Concil. Trident. nō sustulit matrimonia, quæ
sub licita & honesta conditione fieri possunt
de iure communi.

DIFFERENTIA. II.

IN CONTRACTIBVS CONDI-
tionalibus pendente interim cōditione,
recedere nulli partium licet: in matri-
monio sub conditione cōtracto quid; Et
an iure nouo S. C. Trident. nouo consensu
opus sit.

- 1 **C**ontractus qui sub conditione
cōtrahuntur, quia interim actio,
& obligatio orta non est, quia
suspensa donec cōditio implea-
tur l. cedere diem de verbo. sig-
nificatio. l. bouē §. sub cōditione de Edili.
Edic. l. is cui ff. de actio. & obliga. l. sub cōdi-
tione ff. de solutionib. §. sub cōditione insti.
de verbo. obliga. Barto. in d. l. is cui Angel.
in d. §. sub cōditione Meno. pulchre in conf.
388. nu. 15. & nu. 27. li. 4. vbi distinctionem
constituit inter conditionē suspensiuam vel
resolutiuā, & consil. 63. nu. 28. 29. lib. 1. consi-
63. nu. 8. lib. 1. & nequeunt tamen contrahē-
tes sub conditione a contractu recedere cō-
ditionali, donec vel ipsa impleatur, vel in to-
tum deficiat l. potior l. qui balneum ff. qui
potiores in pigno. habeant. d. l. is cui de ac-
tio. & obliga. l. proinde ff. si cert. petat. l. quod
in diem ff. de acceptila. Hinc & contractus
conditionalis vere quo ad hoc vt reuocari
non possit perfectus dicitur, & post Tiraq.
& alios scribit Matien. in l. 1. glo. 4. tit. 6. li.
5. ordinationum. & Adeo vt illi spes ad hæ-
redes transmittatur §. ex condicionali insti.
de verbo. obliga. Meno. consil. 101. n. 27. li. 1.
& idem Meno. erudite declarans d. §. ex cō-
ditionali conf. 388. num. 54. 55. li. 4. Alexan.
Rauden. conf. 53. nu. 5. Beret. conf. 81. nu. 5.
- 2 Quinimo & plerosque in iure conditionalis
obligatio parit effectus, quos post antiquio-
res recessit Anto. Gomez. in to. 2. resolutio.
ca. 11. nu. 29. cum seq. Cæterum & si matri-
monium contractus sit, si sub conditione ce-
lebretrur, & si vrbanius faceret sic cōtrahens
si conditionalis euentum expectaret, non ta-
men cogitur, & ideo si interim pendente cō-
ditione cum alia purè contrahat, tenebit ma-
trimonium glo. Panorm. Præposi. & ceteri in
ca. super eo de cōdi. apposit. Dida. in Epito.
ad 4. 2. par. ca. 3. nu. 6. dixi altero libro com-
paratio. 26. ad finē, & nullus dissentit ratio.

nem eam omnes prodiderunt, quod & tanta
sit in cōtrahendis matrimonijs libertas, fa-
ctore talis & tanti sacramenti, vt noluerint
iura, ei, qui sic sub conditione contraxit pro-
hibere alterius mulieris coniugium, dum id
(vt modo dixi) faciat ante conditionis im-
plementum, nec refert an ab ea conditione
recedat sciēte vel ignorante priori, cū qua
sub conditione contraxit ca. fin. de procura-
to. in 6.

8 Dubitarūt & vero interpretes nostri, quid
in his dicendum, qui matrimonium contra-
xerunt sub conditione si Roma. Pontif. dis-
pensauerit, cum inter eos subesset canonicū
impedimentum; an dispensatione sequuta,
illico perfectum sit matrimonium, an vero
nouo cōsensu opus sit, ita quod si vnus ex his
nolit, cogi possit in facie Ecclesiæ illud cōsu-
mare. Et Panormi. Innocen. Cardina. & alij
pleriq. in ca. super eo ex. de cōditio apposi.
docuerunt præter Papæ dispensationem ea
obtentā, nouo opus fore consensu, quam opi-
nionem docuerat prior Henri. Boi. in ca. fi.
de condi. appo. Syluef. in d. verbo matrimo-
nium 3. nu. 9. post Angel. Rosel. & alios a se
relatos vbi & communem dixit Areti. consi.
142. idem receptiorem affirmans in l. apud
Iulianum §. constat de lega. 1. Dida. in Epito.
ad 4. 2. par. c. 3. n. 7. & 8. Ferdinan. de Loaz.
olim patriæ charissimæ Episcopus in trac. de
matrimo. Regis Angliæ, dubio 12. in princi-
pio, Mozzi. de contract. tit. de matrimo. §. di-
uisio matrimonij n. 10. ad medium Adrian.
in 4. tracta. de Matrimo. q. 10. in fine Domi.
de Sor. in 4. distinct. 29. q. 2. artic. 1. Gutier.
qui ad vtramq. partem li. 1. cano. quæst. cap.
10. a nu. 1. cum seq. Vival. & in Cande. Aur.
titu. de matrimo. 1. par. §. de conditionibus
appositis nu. 55. qui alios citat, sed incaute
duas communes reperiri affirmat, cum supe-
riori contraria, a nemine communis dicatur,
incaute etiam scribit Panorm. & canonistas as-
serere in hac quæstione nouo opus non esse
consensu, cum Panorm. & fere omnes paucis
exceptis contrariam defendant, & si in alte-
ra quam modo subiungam quæstione huic si-
mili, diuersum teneant nouissime post hæc
exarata multos alios citauit ex Theologis
hanc ipsam cōmunem tenentibus Sanch. in
comme. de matrimo. lib. 5. dispu. 8. nu. 9. &
10. & si parum tūto aduersus communem te-
nuerit Panorm. & alij, ea mouentur ratione
præcipua, quod hic contractus ab initio illi-
citus fuit, cōsequenter nulla potuit oriri obli-
gatio. l. cum lex. de fidei iussio. l. non dubium
C. de legi. noto igitur cōsensu opus est. & Res-
pondet Dida. huic argumento, non dici illi-
citur contractum qui a contrahentibus cō-
ficitur, vbi ad licitum tempus contractus cō-
ditionem

ditionem conferunt l. in tempus ff. de hæred. institu. unde tales non essent excommunicati iuxta glo. communiter receptam, in Clement. 1. de consan. & affini. concinit & tex. in l. si rem meam ff. de verbo. obliga. l. 3. iuncta

12 l. penul. de oper. publi. Hæc & Didaci solutio nihil facit, ea enim iura loquuntur, ubi contractus prohibitus non erat ex defectu rei, sed quia res in contractum deducta extra dominium erat contrahentium, quo & casu pactio licita est, nostra quaestio, ubi rei ipsius prohibitio adest, personæ etenim, quæ & res ipsæ sunt, & quæ in contractum matrimonij deducuntur interdicitæ fuerunt iure canonico contrahere, ideo huiusmodi nequit contractus subsistere l. inter stipulantem §. sacram de verbo. obliga. quo tex. probatur, non posse quemquam stipulari rem sacram, etiam cum sacra aliquando futura non sit l. continuus §. cum quis de verbo. oblig. & præfens status consideratur in hoc casu non venturus d. §. cum quis.

14 Secunda & adducuntur Panor. & ceteri ratione, quod hic contractus sub conditione si Papa dispensaverit celebratus, censetur sub impossibili conditione initus inter utrosque contrahentes; ea & enim quæ a principis voluntate pendent reputantur impossibilia l. apud Iulianum §. constat de lega. 1. l. continuus §. cum quis de verbo. obliga. l. intercedit de conditio. & demonstra. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. ubi Socin. adnotavit Pau. de Castr. Alex. Cuman. & Areti. in d. §. constat Meno. conf. 504. num. 50. lib. 6. Surd. decis. 36. num. 23. & decisio. 183. nu. 5. idem conf. 90. num. 40. post Crauet. & Socin. quos citat. Impossibilis autem conditio a matrimonij contractu rejicitur, eo rato manente d. c. fin. de condit. apposi. dixi supra differen. 1. igitur nullus est omnino; hinc cõsequitur, quod & si Papa dispensaverit, nouo post consensu opus sit, quia anterior conuentio omnino nulla est: Huic rationi & respondet Didac. quod vulgo ex his legibus deducitur, impossibilia iudicari, quæ a Principis pendent voluntate, intelligendum de his, quæ a Principe concedi non solent, ea vero quæ facile concedi non huiusmodi sunt, *veluti*

16 *(inquit) dispensatio in tertio, vel quarto consanguinitatis & alijs similibus impedimentis canonicis, quod non obscure innuit tex. in d. §. constat in verbis (cum distrabi non soleant.)* Hæc & etiam dissolutio tollitur, nec enim id solum quod principes concedere non solent impossibilia nostri iudicant, sed & id quod ab eo impetrari potest, & concedere solitus est. Atq; in hunc sensum intellexere omnes d. §. constat, quemadmodum supra a me relati affirmant, præcipue Meno. & Surd. Cra-

17 uet. conf. 957. num. 1. Maria. Socin. conf. 51. num. 10. lib. 1. & si impossibilis præscripti interpretes id esse intelligant, & recte, quod a Principe cõcedi nõ solet, vt declarat Surd. d. conf. 90. num. 40. post alios ab eo relatos: nam in matrimonio sub hac conditione contracto, sola temporis presentis ratio habenda est, non futuri, vt dixit tex. in d. §. cum quis, ubi interpretes: & subtiliter Acoft. in select. cap. 8. num. 14. lib. 1. atq; ideo cum nullum sit matrimonium, nouo opus est consensu præter Romani Pontificis dispositionem.

18 Et si & non ignorem Ludo. Molin. tracta. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 13. num. 7. in ea quaestione, an in primogenij institutione apponi conditio possit fœminæ, si tali nubat viro consanguineo suo, distinguat hoc modo; *vel inquit, adest prohibitio inter cõsanguineos intra tertium, vel quartum consanguinitatis gradum, vel in primo & secundo, priori casu existimat conditionem rejiciendam nõ esse, veluti impossibilem, ab ipsa institutione; secundo casu maxime quia (ait) bodie iuxta S. Trident. Concilium dispensandi facultas in primo, & secundo gradu sublata est cap. 5. de refor. ma-*

19 *trimo. sessio. 24. Cuius & certe sententiã probare non possum, quod aliena admodum sit a iuris dispositione; nam ea distinctio de tertio, vel quarto cõsanguinitatis gradu, quam antea Dida. scripserat d. ca. 3. num. 7. & 8. nihil omnino facit, non enim ius considerat an Romanus Pontifex dispensare possit facile nec ne, sed an ea conditio indispensabilis sit, præfenti statu considerato; Quæ ideo impossibilis a iure reputatur, & si facile Papa in ea dispenset: multi enim sunt Pontifices, qui nec in his volunt dispensare, in quibus facilis sit dispensatio, pleriq; etiam sunt, qui in secundo gradu etiam post sacrũ Concilium dispensant & nedum inter Reges, & Sũmos Principes vt sacrum disponit Concilium, sed etiam inter nobiles nullus dignitatis regis titulo decoratos, vt multos nostris videmus temporibus: quoniam & S. Cõcilium Summis Pontificibus legem non potuit imponere, a qua recedere nõ potuerint*

20 *ex causa maxime; quia & Papa in his supra Concilium est, secundum veram Theologorum & Canonistarum sententiam: præterea ius impossibilem hanc conditionem considerauit, et si darem facile in tertio, & quarto gradu Pontifices dispensare, ob sumptus, & labores, quos ij sustinent, qui regum curiam adeunt, difficultatem etiam principem alloquendi, & illius indulta cõsequendi. Vnde quod cõmode impetrari vel heri nequit, id impossibile nostri esse censuerunt l. nepos procuro de verbo. signifi. ubi Alciat. Brach. Rebuf.*

21 Rebuf. Crauet. conf. 199. nu. 2. & 241. n. 20. & qui alios Meno. tract. de arbitra. iudicium quaest. li. 2. ca. 237. nu. 24. Atq; ita communis tenenda sententiã est, in quam etiã Dida. inclinat d. ca. reiecta Calde. & aliorum, qui nullo iure contrarium asserere ausi sunt. Cæterum de superiore Molina traditione dicemus latius l. 3. quaest. 26. sectio. 3. ubi ipsam latissime confutauimus: Hæc & sunt, quæ a doctoribus nostris accipi; verum mihi videtur eos hunc articulum non recte explicasse, vsq; modo, neq; verum dictarum legum sensum recte percepisse, aut applicate ad propositum nostræ quaestionis: quoniam tex. & in d. §. constat, loquitur in re publica, & Cæsaris, quæ in alienos vsus conuerti non potest, cæterum loquitur in testatore, qui alias si res venundari potuissent de his disponere poterat, erat enim habilis ad testandum: & Et in l. intercedit de condi. & demonstra. testator etiam habilis erat non inhabilis, tex. in l. continuus §. cum illud, in contrahentibus inuicem habilibus loquitur: l. quidam relegatus de pœnis de relegato loquitur, qui testamenti factionem non amiserat vt glo. 1. ibidem notat. & Noster vero casus diuersus est, in contrahentibus scilicet matrimonium sub conditione, si Papa dispensauerit, qui eo quò contrahunt tẽpore, sunt omnino inhabiles, adeo quod si purè contraherent essent excommunicati: Hinc necessario sequitur nouum desiderari consensum, etiam obtenta dispensatione, quæ eos alias inhabiles habiles reddere ad cõtrahendum potest; Et hæc est ipsa veritas. & Ex his inferitur secus fore quando contrahentes habiles contraherent sub conditione aliqua licita & honesta, nam adueniente conditione nullo amplius nouo consensu opus esset, quia cessat superior ratio, scilicet inhabilitas contrahentium: quem casum incaute nostri interpretes nescientes distinguere, eum conculcant, & miscent cum superiore, maxime Dida. d. ca. num. 8. in fine. Quando consanguinei contrahunt sub conditione prædicta.

22 Vnde & inferitur quod quoties contractus matrimonij sub conditione possibili, & honesta celebraretur, eo casu adueniente conditione nouo opus consensu non esset, quam sententiam tenuit Panor. in d. ca. de illis de condi. apposi. ubi antea Inno. Henri. & antiquiores, idem Panor. in ca. super eo. eodem tit. quam fatetur communem Dida. & si contrariam tueatur in d. ca. 3. nu. 5. in fin. Mozzi. d. §. nu. 10. & dicit etiam communem Azpil. in Manua. Confess. ca. 22. n. 63. repetit idem communem conf. 1. nu. 7. sub titu. de condi. apposi. & Vinal. Canonistarum etiam communem in Cande. Aure. 1. par. tit. de matri.

23 24 25 26 27 28 29 30 31

n. 54. Matien. in lib. 5. ordinatio. glo. 1. rub. nu. 63. Spin. de testam. glof. 15. nu. 66. versi. 28 Vltorius, & Sanch. qui eandem latè defendit in tract. de matrimo. li. 5. dispn. 8. a nu. 1. 2. & seq. ea interpretes nostri mouetur ratione, quod cum matrimonium sit contractus, vt in ceteris adueniens conditio, illam purificat & perficit l. hæc venditio ff. de contrahen. emptio. l. si post diem §. si sub cõditione. ff. quan dies lega. & perinde est ac si a principio pure celebrat. fuisset l. fina. §. Titius ubi glo. Bal. & Angel. Alexan. Areti. Jaf. & omnes ff. de vulga. & pupilla. subf. l. si re solum ff. de hæred. institu. cũ alijs coaceruatis per Anto. Gomez in resolutionibus li. 2. ca. 11. nu. 30. & in l. 63. Tauri. Deci. in l. pecuniam 2. nota. ff. si certũ pera. & relatis multis Tiraq. in tract. de retract. consangu. §. 1. glo. 2. nu. 27. Meno. conf. 28. nu. 33. lib. 1. ita in matrimonio videatur, vt adueniente cõditione illico sine nouo consensu perficiatur. Eandem Canonistarum sententiã ex Theologis tenuit Páluda. in 4. distinct. 29. contrariam opinionem sequuti sunt Theologi ita vt apud eos communis sit hæc, quos non referam, quia Dida. in d. cap. eos recenset, & multo plures Vinal. in d. loco nu. 54. Angles in flori. Theolo. in 4. distinct. 29. Domini. de Soto in 4. distin. 29. arti. 2. ex nostris Dida. d. cap. qui probabilior dicit Spin. de testam. glo. 15. nu. 66. Matien. in d. rubr. glo. 1. n. 63. qui a collegio iurisperitorum recesserunt, theologorũ superati rationibus, hæc illi mouentur ratione priore, quod matrimonium sine consensu non contrahitur, consensus vero in hac specie non datur, igitur non erit matrimonium: & sic enim argumentatur Dida. nõ dari consensum patet, quia consensus ab initio præstitus non est sufficiens, quia conditionalis, at conditionis implementum nihil facit, namq; liberum est, cui ex duobus placeat antea contrahere, vel reuocare consensum, ob idq; conditionis euentus nihil operatur, nisi nouus adsit cõsensus; quia si antea datus sufficeret, nihil referret an medio tempore contraheret cum alia vel dissentiret. huic argumẽto responderetur non referre si vnus ex his possit cum alio interim contrahere, vel consensum reuocare, nõ enim quod fieri pot, sed quid factũ sit querimus; & nam tractus futuri temporis non ad nos pertinet l. inter stipulantem §. sacram de verbo. oblig. l. continuus §. illud & §. cum quis de verbo. obliga. & cum in eadem voluntate vsq; ad implementum conditionis permanserint, eo ipso consensisse censentur absq; alio sicut in ceteris conditionalibus contractibus. 31 Secundo & argumentatur Dida. de tex. in d. ca. super eo de conditio. apposi. qui certe nihil

nihil omnino facit, nam & si illic Rom. Pont. interrogatus, an ea, quæ sub conditione contraxerat matrimonium per verba de presenti aduenienti illa compelli possit ad id cõsumandum in facie Ecclesiæ respondit Roma. Pontifex posse, qui sanè non dubitauit an matrimonium foret nunc, cum id pro constanti haberet, sed decidit mulierem, quæ adueniente, & purificata conditione consummare matrimonium, vel illud perficere recusabat, cogi ad hoc posse: atq. sic necessario intelligendus est tex. ille vt responsio Roma. Pontificis interrogationi congruat, argumento legis vt responsum C. de transf. l. fin. C. de fidei. liber. ca. qualiter & quando in 2. de accusatio. & recte aduertit Azpil. d. conf. nu. 5. qui cum alijs Theologorum rationibus respondeat, non est cur illius rationes, & dicta transcribam. Pius autè ille & eruditissimus Azpil. ad finem illius consilij egrefert doctissimum Dida. illius in Salmanticensi Academia discipulum a sui præceptoris sententia recessisse.

32 Tertio ¶ infertur (vt casus omnes quos confuse doctores tractant explicem) idem dicendum nunc attento nouo iure S.C. Tri. quo si quisquam contraheret sub conditione licita, & honesta, & cum solemnitatibus requisitis præfente parocho, & testibus adueniente post conditione, & per illius implementum purificata, nullo alio nouo opus esset consensu, nec alijs solemnitatibus, quam his, quæ semel adhibite fuerunt, vt Azpil. docet d. consilio, qui casui respondit post sacrũ Concilium sequuto: ¶ quamquam incaute factis, & inaduerter Viual. in d. loco scripserit, hodie post sacrũ Concilium huic difficultati locum non esse: atq. idem censuit Mattien. in d. glo. rubri. glo. 1. nu. 63. ad medium li. 5. tit. 1. ordinatio. ¶ Nam sacrũ Concilium illo decreto ca. 1. de reforma. matrim. non fultulit matrimonia, quæ sub licita & honesta conditione fieri possunt secundum iura vetera iuris canonici, quoniam cum sit correctorium iuris communis, non est extendendum, quemadmodum nec sponsalia comprehendit, vt altero libro millies dixi: vnde si quisquam sub conditione contraheret cum debitis denuntiationibus præfente parocho, & testibus, purificata d. conditione opus nõ esset, similes præcedentibus solemnitates adhibere, ex his rationibus, quas supra adduxi, & alijs pluribus, quas Azpil. d. conf. & licet nouissime Surd. contrarium respondeat conf. 364. li. 3. aduersus communem tamen consuluat.

S V M M A R I V M.

1 Conditiones aduersus substantiam contractus, eos non vitiant.

- 2 Conditiones aduersus substantiam contractus postea, non vitiant, sed remanet purus contractus.
- 3 Conditiõ aduersus substantiam matrimonij posita, vitiat matrimonium.
- 4 Modus adiectus aduersus substantiam matrimonij rejicitur, eo rato manente.
- 5 Opinio communis improbat.
- 6 Didaci opinio adducitur.
- 7 Didaci opinio probatur, illius tamen rationes reselluntur.
- 8 Consensus in cõtractibus substantiam respicit, non qualitatem.
- 9 Qualitas a substantia difert.
- 10 Consensus substantia dicitur a Iurisconsultis.
- 11 Actus omnis informis, dicitur, & inanimatus si consensu caret.
- 12 Qualitas secundum Aristotilem, non est substantia sed accidens.
- 13 Accidentia nõ præsumuntur nisi probentur.
- 14 Qualitatis accidentalis species quatuor.
- 15 Didaci argumentatio sublata.
- 16 Differentiæ ratio inter modum, & substantiam adducitur.
- 17 L. cum præcario ff. de præcari. Verus sensus.
- 18 Professio sub cõditione facta, vt liceat propriũ habere, vel uxorem ducere, an valeat.
- 19 Opinio est communis, professionem sub cõditione factam, vt liceat propriũ habere, vel uxorem ducere, nullam esse.
- 20 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum.
- 21 Opinio communis est etiã, matrimonium sub conditione contractum, vt liceat propriũ habere, vel uxorem ducere, valere reiecta conditione.
- 22 Vota tria obedientiæ, paupertatis, & castitatis, de substantia sunt religionis.
- 23 Vota tria substantialia licet tolli non possint, restringi tamen & limitari sic.
- 24 Fortunij Garcia opinio.
- 25 Professio facta sub conditione, vt liceat inuito prælato bona retinere, nulli.
- 26 Didaci opinio reprobata.
- 27 Prelatus concedens religiosi facultatem, vt res aliquas vti proprias habere possint, potest eam reuocare quocumq.
- 28 Milites S. Iacobi, & aliarum militariũ Hispaniæ, vere religiosi dicuntur.
- 29 Ludonici de Molina opinio suspecta.
- 30 Milites Calatraue vere religiosi.
- 31 Ludonici de Molina opinio, quando locum habere possit, nec ne.
- 32 Clerici in fideicommissis, & maioratibus regulariter succedunt.
- 33 Repetita verborum conceptio, enixam voluntatem ostendit.
- 34 Religiosi militarium ratione obedientiæ, quam præstant, multa facere prohibentur.

Reli.

- 35 Religiosi secularibus negocijs se implicare non debent.
- 36 Impetrata a Principe, impossibilia reputantur.
- 37 Dispositio quæuis de habilibus intelligenda est.
- 38 Beneficio gaudere non debet, qui officiu illi adnexum adimplere non potest.
- 39 Can. 2. 20. quæst. 1. declaratur.
- 40 Opinio communis a Vasquio improbat.
- 41 Opinio Vasquij reprobatur.

DIFFERENTIA. III.

CONDITIONES IN CONTRACTIBUS POSTEA, quæ illorum aduersantur substantiæ, veluti nusquam adiectæ cõtractus non vitiant; cur in matrimonio secus, & alia ad S.C. Tridentini declarationem lucido adnotata.

NON ¶ aliud iura passim clamant, quam cõditiones aduersus contractus substantiam appositæ, nusquam contractus vitare l. cõ præcario ff. de præca. l. vbi ita donatur ff. de dona. cau. mor. & cap. fina. ex. de præcar. Canonista in cap. fina. de procurato. Nostri in l. 1. §. sed si mihi ff. de verbo. oblig. Imol. Castellio. & alij in d. l. vbi ita donatur. Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 3. §. 1. num. 8. ad finem, Mozzi. tracta. de contracti. titu. de commo. §. de accidentalibus commodati nu. 3. remanet ¶ igitur in suo robore contractus ac si conditio appositæ non fuisset. d. l. cum præcario vbi Barto. idem Barto. in d. l. vbi ita donatur Bal. in l. ad exactionem. C. de do. promissi. Rube. in l. non solum §. morte. nu. 357. ff. de no. ope. nuntia. Iass. in authen. ingressi num. 36. C. de sacro. Ecclesi. Bere. Fernan. in l. pacta conuenta. 1. cap. num. 60. ff. de cont. emptio. Cagno. post Deci. in l. contractus num. 25. de regu. iur. Forcat. in necijoman. iur. dialo. 3. num. 2. Menoch. tracta. de arbitra. iudi. quæstio. lib. 1. quæst. 69. nu. 20. 21. 22. Anton. Gomez. resolutio. lib. 2. ca. 4. num. 32. vers. nec obstat. Aluar. Valaf. de iure emphiteo. quæst. 29. num. 5. 6. & seq. Dida. d. §. 1. num. 8. & num. 17. & his tacitis licet alijs relatis. Surd. tracta. de alimen. tit. 7. quæst. 18. num. 20. Cæterum ¶ in contractu matrimonij appositæ conditio contra illius substantiam, vitiat omnino matrimoniu cap. fina. in 1. par. de conditio. appo. fufc Sanch. tract. de matrim. lib. 5. disp. 9. a n. 1. cõ seq. Iura ¶ hæc sic quidam antiquiores conciliarunt, vt modus adiectus aduersus substantiam contractus rejiciatur rato manente eo, sic intelligetes dictam legem cum præcario; at tex. in d. c. fina. de conditione agit contra

substantiam matrimonij, quæ cõtractu irritat, & annullat omnino vt ibi: tacite sentiunt tex. in d. ca. fi. non procedere, vbi modus fuisset adiectus, valeret enim matrimoniu eo sublato vt d. l. cõ præcario: Verũ hæc ¶ sententia vera non est, & merito a Did. d. §. n. 17. improbat, cõ ex vera, & receptiori sententia omnium in d. c. fi. tex. ille vindicet, vbi modus aduersus substantiam matrimonij fuit appositus, vt docet idẽ Dida. d. §. 1. nu. 8. dixi superiori lib. cõpa. fin. Rursus Dida. idẽ improbat eãdẽ cõciliationẽ, quia & modus adiectus cõtra substantiam cõtractus illi vitiat l. per seruum ff. de vsu. & habita. Vnde ¶ Dida. poit alios opinatur, sic recte iura hæc posse cõciliari, q̄ in l. cum præcario, & alijs superius citatis, ob id cõtractus vitiat, quia ex illius modi adiectione nõ deficit cõsensus, & volũtas cõtrahedi inter inuicẽ paciscetes, & si adiectus modus, vel cõditio afforet cõtra illi cõtractus qualitatem, quæ ita inheret illi, vt contraria qualitas eidẽ actui, & eius nomini, & effectibus aduerfetur: tũc valet cõtractus reiecta cõditione, quæ nullũ præstat impedimentũ quo minus ratione cõsensus initiũ accipere possit, & nõ cõuenit vt sic gestus cõtractus simili adiectione modi vel cõditionis: irritetur, in matrimonio secus, quia impugnat cõditio illa qualitati, sine qua illud vires accipere põt, vt est cõsensus ad matrimoniu requisitus, sine quo matrimoniu vires sumere nõ potest, ideo cõditio repugnãs huiusmodi qualitati vitiat matrimoniu d. ca. fi. l. obligationũ substantia de actio. & obliga. l. diuus §. ceterum ff. de milita. testamen.

Hæc Didaci ¶ conciliatio mihi vera videtur, & si rationes claudicet vtroq. pede; Imprimis ¶ male argumetur dicẽs cõsensũ qualitatem esse, cõ in omnibus cõtractibus de substantialibus sit, vt nullũ pactum, cõuentio nulla consistere sine cõsensu possit. l. 1. de pact. declarãt omnes, quos priore recensui libro compa. 23. Et ¶ aliud est substantia aliud qualitas, in cõtractibus, non enim potest ad qualitatem contractus perueniri; idest ad iudicandum qualis sit, & quo nomine possit appellari, nisi prius cõsistat, & in substantia, & cõsensu permaneat: vnde ¶ cõsensus substantia dicitur a Iuris Cõsultis l. obligationum substantia de actio. & oblig. l. 1. §. cõuentionis ff. de pact. Castren. Socin. Alcia. & nouissimi in rubrica ff. de verb. oblig. & ¶ dixit Bal. egregie cõf. 326. n. 2. li. 1. actũ omnẽ informẽ, & inanimatũ dici, si essentiali careat spiritu, idest cõsensu l. si ego §. nõ omnis de reb. credi. præterea ¶ qualitas nõ est substantia, sed accidens secundum Aristotilem, & Philosophos, vnde ¶ veluti accidens nõ præsumitur nisi probetur l. si vero §. qui p̄ rei qualitate ff. qui satis da.

M cogan,

cogan. dixit egregie Meno. cōf. 1. nu. 131. li. 1. & tract. de præsump. li. 3. præsump. 40. n. 11.

14 Huius & qualitatis accidentalis quatuor sunt species, quas idē Meno. prosequitur tractatu de præsump. lib. 1. quæst. 14. num. 16. cū seq. multis. Rursus & Didaci argumētatio in eo deficit, quia dixerit, in d. l. cum præsario ob id ratū sublato modo, remansisse contractū, quia à principio non aduersaretur contractui, sed illius qualitatis: nam & Iuris Consultus in l. cum manu. fata. §. fin. ff. de contrahen. emptio. dixit, non eum videri vendidisse, qui adijcit pactum ne dominium in emptorē transferatur, quasi ex defectu intentionis contrahentium venditio deficiat, quem admodum illius tex. verba satis innuunt, *Nō potest videri, &c.*

16 Vera & igitur differentiæ ratio est, quia in d. l. cum præsario modus fuit appositus circa naturalia ipsius contractus, non circa substantialia, vt in terminis declarauit Iass. in authē. ingressi nu. 34. ad mediū C. de sacro. Eccles.

17 Tum & quia secundū veriorē, & magis receptā sententiā non loquitur d. l. cū præsario in cōditiōe, sed in modo, vt ex illius verbis cōstat, & ita cōfuit Bart. Imo. & alij quos refert, & sequitur Iass. in d. authē. ingressi nu. 36. At in c. fi. de condi. apposi. fuit conditio contra substantiā matrimonij & illius bona adiecta, quo in casu, vt noue, & vere præter alios declarauit superiore libro cōpa. 26. deficit cōsensu contrahentiū, propter repugnantiam, & impossibilitatē, matrimonium autē absq. consensu esse non potest, vt nec Ecclesia sine cōsensu matrimonij efficere possit vt ibi dixi. Et nihil refert si cōditio, vel modus adijciatur in matrimonio, aduersus substantiā, nā vtroq. casu cōsensu deficit, & ideo in modo tex. in d. c. fi. locū habet vt supra.

18 Ab & his deducitur vera illius intricatæ quæstionis decisio, an professio ab aliquo facta post annū probationis, sub cōditiōe, vt ei liceat propriū habere, vel vxorē ducere, quæ aduersantur ordini monachali, valida sit reiecta conditiōe, an vero irritetur.

19 Et Bernar. & interpretes iuris canonici antiquus in d. c. fi. existimat professionē irritā esse, ductus autoritate illius & tex. quē ad matrimonij spirituale protēdit; idē scribit in c. 2. de sta. mona. sequūtur in d. c. fi. Calde. Cardin. & Panor. Areti. & alij nouiores in l. 1. §. sed si mihi de verb. oblig. Deci. & Ias. in authē. ingressi. C. de sacrosan. Ecclesi. asserūt cōmūne, & receptā Alciat. in d. §. sed si mihi n. 19. And. ab Ex. in rub. de pac. n. 510. & alij quos refert Dida. in d. §. 1. n. 18. glo. in l. per seruū §. 1. de vsu. & habitatio. rub. in l. nō solum §. morte n. 191. de noui oper. nuntia. Diaz de Luco. regu. 25. & alij quos refert Mécha.

tract. de successio. creatio. §. 21. n. 177. Spin. tract. de testam. glo. 12. nu. 12. Humar. in l. 1. tit. 7. glo. 2. a. n. 1. Salz. ad Diam de Lucodi. cta regula. mouētur prædicti interpretes hac ratione, quia validū sit argumētū de matrimonio carnali ad spirituale c. fi. capi. quanto de trās. prelato. Panor. in ca. innotuit de electio. Deci. & alij in authē. ingressi de sacro. Ecclesi. Euerar. late in Topi. legali. loco. 33. Lapp. vbi Mando. ad eū allega. 56. n. 11. Decia. cōf. 20. n. 43. li. 1. Rolan. cōf. 35. in 18. li. 3. Viui. decif. 255. n. 39. 1. p. Vinc. de Fran. decif. 46. nu. 2. 1. par. Meno. conf. 245. nu. 8. lib. 3. Vnde cum ea conditiō, quæ matrimonio carnali, & illius substantiæ aduersatur, vitiet matrimonium, ita etiam professionem.

21 Contrariā sententiā & tenuerūt multi, adeo vt eā cōmūne dicere ausi sint aliqui in primis glo. in authē. ingressi de sacro. Ecclesi. & in c. solet 32. q. 2. Ioan. Andr. in d. c. fi. Lapp. allega. 29 & innumeri, quos coaceruauit Méch. d. §. 21. n. 177. vers. contrariā, quā dixit cōmūne Iass. in d. authē. ingressi Imo. & Feli. in c. cū M. Ferrariēsis n. 75. de cōsti. existimarunt enim professionē valere reiecta cōditiōe, quē admodū id cōtingit in vltimis volūtatis. l. 1. de cōdi. institu. l. 3. de condi. & demōst. §. si impossibilis instit. de hered. institu. tollitur hac argumētatio facile, verū id in vltimis volūtatis, cōtrariū in contractibus, & ceteris actibus inter viuos l. nō solum, ff. de actio. & oblig. l. an inutilis ff. de acceptila. idq. ex defectu volūtatis cōtrahentiū, vt declarauit l. 1. cōpa. 26. vnde cū hic agatur de contractu inter viuos, magis est vt secundū naturā ceterorum reguletur.

22 Animaduertit autē & Dida. supra quod & si ad substantiā perfectæ religionis pertineāt tria illa vota continentia, paupertatis, & obedientiæ secundū S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 3. 4. 5. est tex. in c. cū ad monasteriū ex. de sta. mona. clemen. exiti de paradiso §. cum igitur de verbo. signifi. c. 1. sess. 25. Conc. Trid. Domi. de Soto. de iust. & iur. li. 7. q. 5. art. 1. possunt & tñ vota hæc, licet nō in totū tolli, restringi tñ, & coharctari, vt votū paupertatis intelligatur in particulari, votum etiam castitatis restringatur ad cōiugalē, quē admodū ait illē cōtingit in militib⁹ S. Iacobi. qui tria emittunt vota, ceterum quo ad paupertatē, & cōtinentiā restricta admodum, qui vere religiosi sunt: igitur in quibusdā religiosis votū paupertatis, & continentia non erit contrarium substantiæ religionis: cuius sententiæ fuisse & Fortu. Garciam dicit in quodam consilio: subinde infert, quæstionem præcedentem sic posse dissolui, profitemem sub dict. conditiōe vere profiteri, & professionem validam fore, atque ex ea teneri omnia perficere,

cere, quæ ipsi vt verō monachō incumbunt, consequenter paupertatem seruare cōstrin- gi, ex vi tamen voti non tenebitur ad præcisi- lam paupertatem. Secundo & infert profes- sionem sub dicta conditiōe factam, vt inui- to etiam prelato liceat sibi bona acquirere vel retinere, irritam esse, quia sit aduersus substantiam religionis paupertatem scilicet, Addit tertio quod si professio fiat sub cōditiōe vt sibi liceat retinere domū, vel fundū, vt propria ipsius, valere professionem reie- cta cōditiōe, ita intelligēs glo. in d. authē. ingressi. Hæc & Didaci cōsiderationes sus- pectæ sunt admodum; in primis aduersantur communi, & receptori traditioni interpræ- tum, quæ supradiximus professionem sub ea conditiōe emissam illam vitare omnino.

Secundo corruere videtur ex alio, quia in- nuit, aperte, eum, qui similem emisit in profes- sione conditionem, ex vi voti non teneri ad præcisam paupertatem, licet teneatur vt religiosus præcisse obseruare eā. Hęc enim implicant contraditiōnem teneri, & non teneri, nam si ex vi voti vt ille fatetur, non tenetur, cogi non potest ad seruandam præcisam paupertatem, cum ex modo professio- nis emissæ subditus & religiosus iudicandus sit, non in totum, ac si simpliciter vouisset, quemadmodum in militibus S. Iacobi, & ce- terarū Hispaniæ militiarum, & in alijs, qui certa, & limitata vota voment in quibusdā religionibus à S. Sede Apostolica approba- tis: vnde à communi sententia recedendum non est: Sanè & vbi non in professione ipsa sed post prælatus regularis ex aliqua causa subdito suo facultatem dedisset habendi re aliquam vt propriam, quod potest iux. tex. in cap. non dicatis 12. q. 1. cap. 2. de sta. Mona. cum similibus: posset prælatus eandem recu- perare, & ad libitum facultatem reuocare, quemadmodum faceret dominus seruo suo, vt late & erudite respondens quibusdā S. C. Tridentini decretis respondit Azpil. cōf. 20. tit. de regul. à num. 1.

28 Vere & tamen asserit Dida. milites S. Iacobi, & aliarum Hispaniæ militiarū religio- sos proprie dici, & si corū regula à tribus sub- stantialib⁹ votis in aliquibus dissentiat, quē admodū multis & efficacissimis rationibus docet Azpil. tracta. de redditi. Ecclesiæ. q. 1. n. 55. & q. 3. n. 27. 28. 29. & monito 55. a. n. 1. & conf. 1. tit. de regula. nu. 18. & cōf. 13. sub tit. de sponsa. n. 1. vbi maxime id procedere scripsit in militibus Alcantaræ, qui tria emittunt vota substantialia, & ordinem profitem- tur Cisterciensem. Milites autem S. Iacobi so- lam castitatem coniugalem: Milites Alcan- taræ simpliciter illam.

29 Suspecta & igitur videtur opinio Ludo. de

Moli. viri eruditissimi apud nostros qui tracta. de Hispa. primog. lib. 1. cap. 13. num. 98. indiscriminatim asseruit, milites S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, ad maioratū suc- cessionem admitti, & si in maioratus institutiōe exclusi fuerint religiosi: vnde Solon. de Paz. cōf. 17. n. 3. docuit, quod & si milites S. Iacobi proprie religiosi nō sint, quemadmo- dū illic multorū autoritate ostendit, secus tamen esse dixit in militib⁹ Calatravæ, quos vere religiosos esse opinatur: Atq. nouissime eandem sententiā tenet eruditissim⁹ Theo- logus Emanu. Rodri. par. 1. qq. regula. cano- nicarū q. 1. art. 6. is docuit milites huiusmo- di vere religiosos esse, non absolute & sim- pliciter sed religiosos militares, & Calatra- uæ autem esse vere religiosos scribit Gutie. lib. 2. practica. qq. quæstio. 111. num. 2.

31 Ceterum & Ludo. de Molina traditio de- claranda est saltem cum a maioratus succes- sione exclusi fuere religiosi addita aliqua qualitate, quæ his militibus minime conue- niret, veluti si dictum foret, maioratū suc- cessores teneri aliqua facere, quæ propter obedientiā, quam hi profitentur magno ma- gistro efficere nequeunt: exclusi enim censē- rentur eo in casu ex præsumpta volūtate in- stituentis, quia facultas agendi obedientiā impeditur.

Vnde in primogenio, quodam, & Ducatus titulo insigni Cardonæ & maximi redditus in hoc inclito Cathalonæ Principatu, consul- ui admitti ad illius successiōne nō posse nobilissimum quendā huius patriæ militē ordi- nis Alcateræ voluti incapacē, ex sequentib⁹. Primo quia is esset vere religiosus, quia Al- cataræ miles iuxta traditionē Azpil. d. cōf. 1. de sponsa. quoniā vt inibi respondit Alcan- taræ milites ordini subiiciuntur Cisterciēsi, & nequeūt succedere in oppidis, & castris, qui- bus iurisdicōio adnexa est, cap. recolētes vbi Panor. n. 1. de sta. Monacho. Secūdo quia ex Dida. opinione supra relati, milites S. Iaco- bi, Alcantaræ, & Calatravæ, vere religiosi sunt.

32 Tertio & in præfato primogenio exclusi fue- rāt clerici, qui alias regulariter capaces sūt, & in fideicommissis succedūt familiæ relictijs, quē admodū scripsit idē Moli. d. c. 13. nu. 97. Dida. li. 1. varia. resol. c. 2. n. 9. Ofas. decif. Pedem. 28. Māti. de cōiectu. vlti. volunt. li. 8. tit. 8. nu. 25. qui ibidē ait clericos in hoc esse nō debere deterioris conditionis quā laicos, ceterū clericis & monachi a fideicommissis, & primogenijs excludi possunt ex expressā vel tacita instituentis volūtate vt multis relatis cōmūne dixit Pereg. tracta. de fideicom. arti. 28. num. 70. fufe Pela. tract. de maiora. His- pan. 2. par. q. 3. à num. 1. Cauasca. decif. 18. nu. 48. & 49. 2. par. vbi latissime, vnde cū ab

hoc primogenio & ducatu fuerint exclusi ele-
 rici, maiori certe ratione religiosi, & si haru
 33 militiaru, quonia voutent obedientiam suo
 magistro magno, qui Rex est noster Hispani-
 niq. Quarto & quia de conditoris huiusmodi
 primogenij enixa voluntate constabat, volē-
 tis excludere quos vis religiosos repetita
 verboru cōceptione, qua professos exclude-
 bat, & constitutos in aliqua ordine religio-
 nis, quae repetitio operatur, vt qui alias vo-
 cati essent, exclusi censeantur. Aluarā. tract.
 de coniectura. men. defuncti. lib. 3. ca. 12. nu. 3.
 egregie Manti. tract. de coniectu. vlti. voluta.
 lib. 3. tit. 6. nu. 9. Simon. de Pret. tract. de in-
 terpre. verbo. vltim. voluta. lib. 2. solutio. 4.
 nu. 23. & 24. Quinto quia & si vere religiosi
 non essent predicti milites, vt Moli. censuit,
 negari tamen nequit, quin ij in ordine reli-
 gionis, & si laxioris quam aliq. constituti sint,
 vnde cū in prefato primogenio exclusi fue-
 rint religiosi, vel in aliquo ordine religionis
 constituti, non potuit predictus miles Alcā-
 tara ad praesentis primogenij successionem
 aspirare: Neq. Ludo. de Moli. negat pradi-
 ctos milites in ordine religionis constitutos
 non esse; neq. vllus alius negare id potest cū
 tria emittant vota iuxta tex. in c. 1. sessio. 25.
 Concilij Triden. Azpil. d. monito. 55, vnde
 appellatione religiosorum veniunt, qui hae
 tria vota emittit, ceteri vero, qui in religio-
 nibus viuunt, et si profiteantur, dum tria non
 voneant vota, appellatione religiosorum nō
 veniunt glo. in clemen. cum ex eo de senten.
 excom. & in Clementi. i. in verbo obedientia
 de religio. Domi. Spin. tracta. de testam.
 glo. 12. nu. 1. & 2. Sexto quia ante institutio-
 nem huius primogenij ab altero antecessore
 institutus fuit maioratus de eisdem opidis,
 villis & castnis, in quo successores suos iussit,
 vt proprijs sumptibus, & expensis, manute-
 nere & cōseruare tenerentur priuilegia, vsus,
 & leges huius regni. Atqui hae religiosi pre-
 dictaru militiaru conuenire non possunt, &
 consequenter cum verba non conueniant nec
 dispositio l. 4. §. toties cū simi. de dam. infec.
 34 Conuenire & autē non possunt, quia obedi-
 tiā debent, quae his actibus contraria est, cō-
 35 stat & enim eos secularibus negocijs se impli-
 care non posse tot. tit. he cleri. vel mona. Et
 vbi id facerent absq. licentia superioris, &
 pro rebus eiusdem ordinis facere possent, nō
 aliter iuxta tex. in cap. monachi cap. qui vere
 16. q. 1. c. 2. ex. de postula. praela. vbi Panor.
 & ceteri Azpil. in cōmen. 2. de regula. nu. 66.
 36 Licentia & vero in hoc casu fere impossibi-
 lis est, quia sic impetrāda a Rege l. apud Iu-
 lianum §. cōstat de lega. 1. continuus §. cūm
 quis de lega. 1. cū adductis supra differen. 2.
 quia in hac specie nō ageretur de religionis

Alcātara vtilitate nec sui ipsius militis, quia
 voluit testator vt proprijs sumptibus defen-
 derent & manutenerent vocatos ad hoc fi-
 deicommissum, libertates, & priuilegia regni.
 Addendum, quod cum de his defendendis,
 & manutenendis agitur, id vt plurimum cō-
 tingit fieri aduersus regium fiscum, & eū-
 dem regem, qui hanc concedere licentiam
 deberet, casu quo danda esset.
36 Quinto ¶ infertur tãto minus valere prædicta statuta de quibus supra n. 9. posse quando ipsa hæreditatem nõ proximioribus, sed fisco deferunt: quia mæra poena est, nulla autem restringi potest libertas matrimonij poena sub colore utilitatis, vel necessitatis publicæ Inno. & ceteri in d. ca. fina. de secun. nup. Alexan. conf. 68. nu. 8. li. 4. erudite Gabri. d. conf. 12. nu. 17. 18. ¶ Plane si pater vel mater in testamento, vel in contractu matrimonij disponerent, vt eorum altero mortuo filius vel filia superstes, matrimonium contrahere cum voluntate superuiuentis teneatur sub poena exheredationis, filius vel filia contrahendo hæreditatem non amitterent, ex eo quod spreta voluntate patris, vel matris, quia matrimonium est liberum: At si iussu fuissent contrahere cum consilio superstitis secus foret, iuxta communem Craue. & aliorum resolutionem de qua Molin. d. cap. 13. nu. 35. 36.

37 Sexto ¶ infertur an vera sit opinio affirmantium, patrem filiam exheredare posse, quæ intra vigesimum quintum annum nupit; nam licet de iure ciuili id fieri posse videatur, auth. sed si post ubi glos. & omnes C. de inofi. testamen. iure tamen canonico licet filie ante dictam ætatem libere nubere; nec in hoc casu licebit patri eo prætextu filiam exheredare, dote, vel alimentis priuare, siue filie nubedo dotem promiserit, vel non promiserit: ¶ nequit enim lex ciuili matrimonij contrahendi tempora. coheretare, & illius libertatem restringere. Hostien. in d. ca. r. de sponsa. Panor. illic nu. 5. qui communem dixit Felin. post ceteros canonistas in ca. Ecclesia sanctæ Mariæ n. 59. de constitu. vbi Deci. nu. 36. idem in l. nuptias nu. 7. de reg. iur. Benedi. in cap. Reynutius verbo dotem nu. 42. de testam. Iul. Clar. in pract. criminal. quæst. 82. verbo statutum tertio. vers. sed numquid Meno. de arbitra. iudi. q. casu 452. nu. 8. qui plures refert egregie Surd. tract. de alimen. q. 6. a n. r. qui communem post alios multos, ab ipso relatos, Hispanici interpretes in eandem (quoniã vera est) conscendunt Lup. in ca. per vestras notabi. 3. §. 6. & 10. de donatio. inter vir & vxor. qui latissimè diserit de hoc articu. Dida. Couar. in Epito. ad 4. 2. par. ca. 3. §. 8. nu. 5. Rodri. Xuar. in l. 2. tit. de los matrimonios, lib. 3. foro. Mencha. in d. authen. sed si post Gregor. Lopez in l. 10. tit. r. par.

38

39

par. 4. in glo. magna. Ludo. Molin. tracta. de Hispa. primoge. li. 2. ca. 16. n. 6. Dida. Perez in l. r. tit. r. li. 5. ordinatio. Celsus noster cõf. 38. n. r. Gutier. li. 2. practi. quæst. quæst. r. nu. 2. & 3. Matien. in l. 2. tit. r. glo. 4. nu. 2. li. 5. ordina. Alphon. a VeraCruce in speculo coniugio. 3. par. art. 2. cõcl. 3. & tenet Sanch. in comm. de matrimo. li. 4. dispu. 24. a nu. r. & seq. Cauar. in prac. quæst. 5. nu. 3.

40 Septimo ¶ infertur an constitutiones nostræ Regiæ huius Regni Cathalonie, patribus facultatem concedentes filias exheredes facere, quando ante vigesimum quintum annum matrimonium contrahunt in scijs, & ignorantibus eorum parentibus valide sint, nec ne, huiusmodi est constitutio prima & secunda sub tit. de sponsa. ¶ In quo articulo Celsus Hugo rectam iuris dispositionem considerans in hac vrbe Barchinonæ consuluit, dicto conf. 38. præfatas constitutiones validas esse duabus rationibus: ¶ prima, quod licet statuta, & leges municipales nequeant super matrimonio principaliter disponere possunt, tamen circa dotes, legitimas, & alia, quæ in consequentiam veniunt matrimonij, adijciendo, & imponendo poenas contrahentibus, ex traditione Barto. in d. l. edicimus supra citata, in tertia illatione, sed hæc ratio

41 communiter reprobatur vt dixi supra ¶ secunda, quia inquit, cum conduntur constitutiones huius regni, nedum interueniunt Rex ipse & regni magnates, sed & Episcopi, & Abbates, reliqui etiam ecclesiastici in dignitate constituti, vnde eorum interuentu potest lex condi, qua liceat parentibus filios in præfata specie exheredare ductus ¶ autoritate Panor. in ca. r. de sponsa. qui in terminis quæstionis propositæ docuit, quem inibi ceteri sequuntur, valere cõsuetudinem hanc vbi Episcopi & ecclesiasticarum etiam personarum interuentu inducta est ratione inter statutum & cõsuetudinem reddit, quod statutum vel lex solum a Principe, vel laicis personis inducitur, cõsuetudo vero in his quæ ecclesiasticas, & spirituales res concernunt, ab Episcopis, & ecclesiasticis simul cū laicis induci potest, & non a solis laicis quam rationem cõsiderat Felin. in ca. Ecclesia sanctæ Mariæ nu. 26. de constitutio. in fine idē Felin. in d. ca. de sponsali. n. r. ad medium: ¶ nam non dicitur cõtra libertatem ecclesiasticam id, quod promiscuè à clericis simul, & laicis statutum est Bald. in ca. cum venissent ex. de eo qui mitti in poss. cau. rer. seruan. Alexan. conf. 91. li. r. ex tex. in ca. ad nostram ex. de probatio. cum alijs adductis per eundem Celsum d. consil. num. 8. cui in his terminis addendus Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 5. §. 10. n. 15. 16. 18. & seq. idem Dida. in prac.

42

43

44

45

qq. cap. 3 r. nu. 5. Aluar. Valasq. decisio. 93. nu. 5. Et in his termi. Alex. Raud. in tract. de Analo. cap. 39. nu. 147. 148. & 149. vers. Et hac opinione retenta, cum lata à me coaceruatis li. r. comparatio. 19. vers. Ceterum est si hæc: Vbi ¶ & alteram subiunxi rationem, quod scilicet scientia, & tolerantia Romani Pontificis dispensationem etiam videtur inducere, ad ea, quæ glo. & tex. in ca. quia, circa de consan. & affini. Et cum huius sententiæ fuerim in simili alterius regie constitutionis casu d. comparatione, vbi & Celsi traditionem citavi, ad eum locum lectorem reijcio: Neq. obest vulgaris ratio supra milies dicta, præ defectu potestatis similes leges nulli esse momenti, quemadmodum & ego cum alijs resolui supra de Hispaniæ vltioris legibus: ille enim solius Regis placito, & populi consensu conduntur; in his vero ceterioris Hispaniæ regnis tribus, solius Regis placitum nihil potest, nisi conueniant etiã tria quæ nos vocamus brachia militare, Regiũ, & Ecclesiasticum, vt nouissime ¶ scribit Anto. Oliba. Ilerdæ olim præceptor venerandus, & illius academiæ legum interpres disertissimus nunc Regiº senator in comm. ad vsati. Aliud namq. in præfa. nu. 85. Et licet traditio Bart. in d. l. edicimus communiter reprobetur, cessant tamen scrupuli, & fundamenta cõmunis, quia lex nostra interuentu, & voto Episcoporum, & ecclesiasticarum etiam personarum lata fuit; quinimo, & vaticum adest, constitutioni simile, idem dispositio: Vocamus ¶ vero vaticana, scriptas leges generales, quæ vsu approbante legum veterum indigentia promulgatæ sunt, idē Oliba. d. præfa. nu. 2. quibus sic diligenter excussis, constat præfatas constitutiones, supra scripta tantum ratione defendi posse, non ceteris, quæ falsæ sunt infirmæ, fragiles, & aduersus communes traditiones vt fatetur Cancr. li. 3. suarum. resolu. ca. 1 r. nu. 4. & si in suis resolutione. li. r. ca. 24. & d. cap. 1 r. li. 2. aliter probet in eadem nostrarum cõstitutionum specie, veram hanc vnicam, & solam prædictarum regiarum legum vim præteriens: qua tantum sustineri possunt.

46

47

48

49

valere

valere statutum, quo caueretur, posse patrem filiam indigno sine consensu patris nubentē impūne exhæredare, quam & communem dixit Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 3. §. 8. num. 7. sequitur Gasp. Bacca. tracta. de non melioran. filia. cap. 18. num. 3. rationem eam prodiderunt, quia & præter ignorantiam patris, concurrunt & viri indignitas, & turpitudō, quæ parentes iniuria afficiuntur ad huiusmodi matrimonij dedecus argu. cap. honorantur 32. quæst. 2. atq. ideo posse exhæredari ob tantam, & tam grauem iniuriam l. 3. §. emancipatus ff. de contra tabul. Neq. enim & filia dotem à patre sperare debet, quæ cum indigno matrimonio tantopere molestaerit l. si quis à liberis §. idem index ff. de libe. agnosce. & his rationibus eandem sententiã tenere Bal. in l. 1. ff. solut. matrimo. Alexan. conf. 97. num. 10. lib. 1. Iass. in l. 2. §. quod si in patris num. 28. solut. matrimo. Ruin. conf. 131. num. 5. lib. 4. Et alij multi quos refert Surd. tractat. de alimen. quæst. 6. num. 5. & Sanch. in comm. de matri. lib. 4. disp. 25. à nu. 1. Cancer. qui sic sentit. lib. 3. reso. ca. 11. num. 4.

52 Contrariam & tenuerunt multi alij nec in hac specie filiam posse exhæredari: non primo, quia in scio patre nubit, quia tota interpretum scola, id diffitetur vt supra, nec quia indigno, quia hæc causa inter ceteras relatas à Iustiniano in §. aliud quoq. in auth. vt cum de appella. cognos. non fuit expressa, consequenter exhæredari non potest, præterea cū statutum nullum sit, adiectione pœnæ validari non potest d. 1. seyus, & augerius dixi supra: & sic docuerunt Imo. in d. cap. accedēs de procura. Alex. in l. 1. num. 33. ff. solut. matrimo. Iass. in d. authen. sed si post nu. 6. Deci. in d. l. nuptias de regu. iur. Lup. in d. cap. per veltras notab. 3. §. 10. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. num. 8. Matien. in d. glo. 4. num. 3. & 4. Gutier. in dicta quæstio. 1. num. 5. Surd. d. quæstio. 6. num. 17. & eandem sequitur alijs relatis Sanch. d. disp. 25. num. 2.

53 Cæterum tenendo & posteriorem sententiam, quod exhæredari nequeat nec dote, & alimentis priuari non obstant tali statuto, declaranda est quibusdam modis. Primo vt dote filie dos, vel alimenta, non quidem eo modo, quo darentur si digno nupsisset, sed paulominus, attentata scilicet qualitate viri, & illius in dignitate, sic egregie scripsit Imo. in d. cap. accedēs, quem sequutus est Alex. in d. l. 1. sola. matrimo. num. 23. & placet Ludo. Molin. d. cap. 16. num. 3. & antea Celso in d. conf. 38. num. 2. Gutier. in d. quæst. 1. nu. 4. in fine. Dignitas & vero vel indignitas viri estimanda est, ex progenie, nobilitate, & diuini

55 tijs parentum, Lup. d. §. 10. & alij multi quos congesit Surd. d. quæst. 6. num. 21.

Secundo & declaratur vt non procedat, quando filia, quæ indigno nupsit, haberet aliunde bona, ex quibus se alere, & dotare posset, quod tunc iniquum videatur, patrem ad eam dotandam teneri Rip. in l. 1. nu. 59. ff. solut. matrimo. sequuti sunt Dida. in d. §. 8. num. 7. Molin. d. cap. 16. quæst. 1. num. 5. Alphon. à Vera Cruce in specu. coniugio. 3. par. arti. 20. in vers. dixi si honesto.

56 Tertio & declaratur, vt non procedat vbi filia nuberet indigno, vel ante vigesimum quintum annum digno, vidente & tacente patre, nam satis eo casu dicitur consentire l. in sponsalibus §. 1. ff. de sponsa. cap. honorantur §. idem 32. quæst. 2. Anchar. d. conf. 21. conferunt, quæ scripsi superiori lib. comparatio. 11. vers. Quarto declara quoties, vbi ad similem huic quæstionem citauit tex. in d. cap. honorantur: Et docuit & d. conf. Anchar. sufficere si consensus ex post facto interueniat, nam & hic validaret actum matrimonij, quo ad hoc, quod generale est in omni casu, vbi alicuius consensus requiritur, & potest is sua voluntate actum infringere, vt si post intercedat, validetur actus vt ostendit multis argumentis Menoch. conf. 1. nu. 450. lib. 1. Bero. conf. 73. num. 8. lib. 1. Rolan. cōf. 2. nu. 146. lib. 1. & alios multos refert Surd. d. quæst. 6. num. 19. & 20. Capi. decisio. 100. num. 6. Clar. in §. feudum quæst. 31. in fine & probat tex. egregius in l. fina. ff. ad S. C. Macedonia l. 1. §. prodest in vers. Sed si post ff. quo legato cap. cum nos de his quæ sunt à maio. par. capit. Barto. Bald. Angel. Alexan. Roma. & Iass. in l. si quis mihi bona §. iustum de acquir. hæredi. latè Tiraq. in legi. connubia. glo. 6. in verbo consentiment. à num. 1. & 2. idem Surd. decis. 99. num. 4.

58 Tenendo & autem contrariam sententiã, quod possit filia exhæredari indigno nubens, declara eandem quadrupliciter; primo quoties filia nubens excessisset vigesimum quintum annum, quoniam ob insignem patris negligentiam, & lapsum tanti temporis potuit, & si indigno filia nubere, consequenter, & dotem, & alimēta petere d. tex. in authen. sed si post §. deinceps. in auth. vt cum de appell. cognos. glof. in d. cap. de raptoribus 36. quæst. 1. Salicet. in l. qui liberos vbi Coras. de rit. nuptiar. & alij quos refert Surd. d. quæst. 6. num. 24. Hispani. interpretes supra: Secundo & declara vt nedum post vigesimum quintum annum, sed & vigesimo & infra, nubere possit vbi consuetudo viget nubendi filias dicto tempore, attento more regionis, ita egregie Panormit. in cap. 1. de desponsa. impub. quem refert Surd. d. quæst. num. 25.

num. 25. Bal. Nouell. tractat. de dot. priuile. 16. & licet Surd. dubitet, dubitandum tamen non est, nam cum lege tempus viginti quinque annorum fuerit præfixū, potest consuetudo minora tempora diffinire, maxime quod antiquis illis temporibus etates hominum longiores erant, vt hodie breues.

60 Tertio & declaratur, vbi filia nupsisset indigno, & turpi ante vigesimum quintum annum, cum illius pater talis esset, eo namque casu, mutua vitæ turpitudō patri actionem auferret filiam exhæredandi, dotem, & alimenta denegandi: id enim nisi honestissimis parentibus in eorum dedecus, & iniuriam conceditur, non turpibus, & infamibus cap. cum haberet, perpena illius ratione, de eo qui duxit in matrimo. Surd. d. q. 64. num. 26. Dida. d. §. 8. num. 7.

61 Quarto & declara, vt idem sit in filia vidua, vel emancipata, nam & ipse sine consensu parentum citra exhæredationis pœnam nubere non possunt l. vidua C. de nupt. l. in coniunctione eo. tit. quæ lex in filia emancipata loquitur Surd. & Dida. supra Gutier. lib. 2. practica. quæst. 3. num. 2.

62 Nono & infertur valere statutum, vel legem municipale, qua cautum foret, filium, vel filiam clandestine contrahentem aduersus formam Sacri Tridentini Concilij, posse exhæredari: nam & etsi vt superius non semel dixi, leges humanæ nequeant aduersus diuinas, & canonicas prætextu aliquo disponere ex defectu potestatis, tamen adiuuando ipsas, & confirmando magis, possunt: Quinimo gloria, & laude digni sunt tanti Principes, qui sacra Apostolica iussa tam enixe amplectuntur: quod Sacrum Tridentinum Concilium eos non semel admonuit, maxime in extremo eiusdem Sacri Concilij capite de recipiendis, & obseruandis, quæ in eo decreta fuere edita, Vt igitur ad quæstionis propositæ decisionem reuertar, vaeret lex, vel statutum: huiusmodi est lex vltioris Hispaniæ 49. Tauri. qua cautum fuit filiam, quæ matrimonium contrahit clandestinum, aut tale, quod Ecclesia pro clandestino iudicauerit; posse exhæredari; atque idem in filio regia fuit illius regni post pragmatica sanctione statutum: potest enim ius ciuile vt dixi, canonicum iuuare, corroborare decreta, pœnisque continere glof. in clemen. ne Romani verbo tolli de electio. in 6. vbi eam vti singularem commendant illic interpretes Felin. in d. cap. 1. de sponsa. num. 13. Celf. noster d. consil. 38. num. 6. Dida. in Epitom. ad 4. 2. part. cap. 6. num. 18. Molin. tractat. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. num. 11. 12. Anton. Gomez. in eadem ipsa lege Taur. num. 2. Lup. qui

huius legis author fuit vt Didac. refert supra Didac. de Castell. in d. l. num. 8. Gregor. Lop. in l. 10. tit. 1. part. 4. in glof. magna vbi iudicatum refert Mencha. tract. de successi. creatio. §. 7. num. 38. Matien. in l. 1. tit. 1. glof. 7. lib. 5. ordinatio. Domi. de Soto in 4. distinctio. 29. quæst. 1. artic. 4. Gutier. qui & alios recenset Hispanos in d. quæst. 1. num. 27. & non relatis superioribus, præceptor noster Olibanus in commenta. vsatici, Aliud namque cap. 14. num. 13. quamuis perperam Sanch. contrariam tueatur opinionē leges illas vltioris Hispaniæ aliter aduersus communem interpretando in com. de matri. lib. 5. cap. 24. & 25.

64 Extende & traditionem vt procedat etiam in filio, pariter enim lex, vel statutum idem in filio clandestine contrahente efficere posset; Cæterum lex vel statutum de filia tantum loquens, qualis constitutio nostra regia, non extenderetur ad filium, ob grauissimam exhæredationis pœnam, quem admodum in terminis docuit Deci. in l. nuptias num. 10. de regu. iur. Cifuen. in l. 49. Tauri. Gutier. in l. 2. practica qq. quæstio. à num. 1. Domi. de Soto. in 4. distinctio. 29. quæst. 1. artic. 4. in respon. ad 4. Mencha. tractat. de successi. creatio. §. 10. num. 637. Cancer. lib. resolut. 1. cap. 24. num. 8. & 9. in d. cap. 11. num. 10. Quia vt recte Gutier. superius animaduertit, inter filium, & filiam maxima est differentia, maior & enim honestas in filia nubente, quam in filio requiritur, & maius etiam imminet periculum argu. tex. in cap. vbi periculum de electio.

65 Decimo & infertur an valeat lex, vel statutum quibus pœnæ imponuntur famulis, & domesticis nubentibus cum filiabus, vel consanguineis dominorum suorum; & vera in hoc articulo sententia est, quidquid ex Hispaniis quidam dixerint, non valere: nam cum matrimonium hodie maxime iuxta S. Trid. Concilij dispositionem inuitis parentibus, & ignorantibus à filijs contrahi possit, quis dubitare poterit, posse filias cum famulis, & domesticis, inuitis etiam parentibus nubere citra pœnæ reatum, similiter filios cum filiabus parentum, alioquin lex, vel statutum matrimonij libertatem coarctaret, quæ nulla regum potestate restringi possit; atq. ideo Gutier. in pract. lib. 2. q. 5. à n. 1. post alios Hispanos ab eo relatos, hæc veram esse sententiam docet; neq. in re tam aperta immorandum est.

67 Vndecimo & principaliter infertur, an statuto, & lege municipale statui possit, quod religiosi, & monasteria ab hæreditatibus excludantur: dubitationem facit, quia si validum est argumentum prout regulariter

valet de matrimonio carnali ad spirituale cap. inter corporalia de Trans. Episco. Alexand. Roma. & Iason. in l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. cum alijs a me coacervatis hoc lib. different. 3. versic. Ab his deducitur cū in matrimonio carnali sit hoc statutum inualidum, magis in spirituali erit.

- 68 Verum ꝑ contraria receptior & verior est valere statutum hoc, cum non odio religionis vel eam ingredientium, sed vt hereditates in familijs conferuentur inductum sit, vt alijs iustissimis causis, quibus legislatores ad sic disponendum impulsu sunt, maxime in nondum delatis hereditatibus, vel quaesitis iuribus, quemadmodum docet Alexand. in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 25. Homod. consil. 21. num. 25. Natta. consil. 516. a num. 1. & 2. Aymon. Crauet. consil. 186. num. 8. Cancer. d. cap. 24. num. 10. quibus addendum in terminis primogenij, maioratus, & fideicommissi, hanc eandem apud omnes sententiam recipi, quemadmodum multis & efficacissimis argumentis docuit Molin. tractat. de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 13. a num. 68. cum multis seq. est enim vt ille ait, monachus mundo mortuus & perinde habetur ac si non esset, atque eandem sententiam tenuit Pelaez tractat. de maio. Hispan. 2. par. quaest. 3. a num. 1. qui nec Molinam citauit, nec eum Molina, quia eodem tempore, viri duo doctissimi, eiusdem argumenti tractatus laborarunt atque eandem opinionem relatis alijs plerisque tenuit Marc. Anton. Peregrin. tractat. de fideicom. articul. 28. a numer. 70. Canalca. decisio. 18. num. 49. 50. & sequen. 3. parte, qui in terminis proprijs huiusmodi statuti loquitur & Peregrin. de eod. statuto excludente religiosos a quibusvis successione tractat. de fideicom. artic. 28. num. 92. Neque ꝑ ratio de matrimonio carnali ad spirituale facit, non enim argumentationi locus est quando diuersa, dispar aut maior ratio procedit in vno quam in alio casu, docet Euerar. in Topi. lega. loco a matrimonio carnali ad spirituale, & prater eum Lap. vbi Mando. ad eum allega. 56. num. 11. & plerique citati nouissime Viui. decisio. 255. num. 39. 40. lib. 2. Felin. late in rubri. de sponsa. multas recensens differentias, Cagnol. in l. actus legitimi num. 7. & 20. de reg. iur. dixi superiori lib. 1. compara. 15. & 16.
- 70 Duodecimo ꝑ infertur, an possit lege municipali statui ne vltra certam quantitatem possint parentes filiabus suis dotem constituere sub certa pena, & sic praefigere dotibus quantitates certas iuxta statum cu-

- 71 iusque matrimonium contrahentis, Nam ꝑ Hippol. de Marsil. singu. 589. scriptum relinquit huiusmodi legem vel statutum a laicis conditum nullius esse momenti, quod prohibeantur parentes filiabus suis certam dare dotem, & taxatam, eo autem modo libertatem matrimonij impediri, statuta vero qua eam impediunt nulla esse non semel in superioribus dixi: Ceterum ꝑ multis rationibus defendi contraria sententia potest: Non enim ea lex coniugia impedit, sed utilitati, & parentum commodo occurrit, qui studio, & desiderio nubendi filias nobilioribus, sapius eam ob causam dotes pollicentur ingentes, quas nec ipsi, aut eorum ferre possunt patrimonia, sic miseri post pauperes, inopem vitam degere compelluntur; atque hanc sententiam merito priori contrariam Curti. seni. docuit consil. 27. num. 28. Didac. in Epitom. ad 4. 2. part. cap. 3. §. 9. num. 3. qui & hanc legem Venetijs latam refert, & eandem in vltiori Hispania ab inuicissimo Carolo Quinto. Et denuo illa l. suscitatas Gothorum vetustissimas, qua idem sanciebant: atque eandem sententiam Auend. tractat. de exequ. manda. reg. cap. 14. num. 6. Gasp. Bacca. tractat. de non melioran. filia. ratio. dot. cap. 2. num. 2. Matien. in l. 1. glos. 2. tit. 2. lib. 5. num. 6.
- 73 Mihi ꝑ vero leges has, nedum non obuiare libertati matrimonij videtur sed adiuuare magis, quoniam vbi minorem dotem mulier allatura est, pluries nubere, & plures etiam inuenire maritos potest: ita fiet etiam, vt pater plures habens filias congruam vnicuique dotem dare possit, quod efficere nequit, vbi vni amplissimam daret: nam sapius fit (quod vtinam non eueniret) vt ceteras filias inuitas in religionem tradat, quo nihil pestilentius, aut deterius.
- Secundo hac opinio defenditur tex. in l. hoc modo in fine de conditio. & demonstratio. verbis illis, *legem enim vtilem Reipublicae sobolis scilicet procreandae causa latam adiuuandam interpretatione*. Nulla sane aptior; vel commodior in Republica lex esse potest ad prolem augendam, quam dotium taxatio. Neque ꝑ oberit superior Marsil. ratio, quoniam statutum odiosum non est, etsi poenam contineat: principalis enim intentio legislatorum fuit fauori publico prouidere, ideo dispositio regulanda est ab eorum principali intentione l. qui exceptionem de condic. indebi. & quia in dubio statutum indicandum est fauorabile & non odiosum Bal. in l. 2. C. qui ad liberta.
- 74

Et

- 75 Et cum ꝑ hac quaestio in nostris terminis in sacro, & Summo Romano praetorio incidisset coram Christo. Robuste. conteraneo nostro viro doctissimo illius Rotae auditore integerrimo, post ab Hispanie Rege nostro, Episcopo Oriolensi designato, decisum video statutum valere, multis non spernendis rationibus. Extat ꝑ decisio hac in nouissime impressis 117. a num. 1. par. 1. decisio. Et ꝑ vt aliquid addam simile artificiosum, potest lege vel statuto funeris impensa, & illius sumptus taxari: sunt enim quidam defunctorum heredes ita pomposi, vt innumeras effundant in exequijs quantitates, potius mundo quam Deo & animabus satisfactas: ita paucis ab hinc annis Herde patriae nostrae factum prudentem Valere ꝑ vero huiusmodi statuta no dubium est, vt qua nullam animae defuncti pompae superfluae suffragium ferant can. animae defunctorum 15. quest. 2. Panormita. in cap. fina. num. 6. de reb. Ecclesi. non alienan. seueri. qui alios in repeti. l. omnes populi num. 10. de iust. & iur. Didac. Perez in l. 7. titul. 1. Gregor. Lop. in l. 12. titul. 13. in glos. magna. Matien. in l. 1. glos. 10. num. 1. titul. 5. lib. 5. qui recte declarat Huma. in l. 12. titul. 13. par. glos. 8. num. 1. Borrel. in Regia Arago. §. 1. glos. 3. num. 258. Medin. tractat. de sepultu. 1. part. questio. 30. Animaduertit autem Matien. supra, & recte; intelligendam esse traditionem in his expensis, qua ad suffragium defuncti non pertinent, at secus in orationibus, missis, & alijs, qua salutem aeternam mortui respiciunt. Vnde valere statuta circa dotes taxandas, dum libertatem matrimonij non infringant, docet nouissime Menoch. tractat. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 6. num. 21. qui nisi solum Alciat. citat respon. 53. nu. 17. & respon. 62.
- 79 Decimo ꝑ tertio infertur, an valeat statutum, vel lex municipalis, vt pro matrimonio soluat certum quid pro gabella, in quo articulo dubitandum non est minime valere: cum enim sit Sacramentum Ecclesiae, haereticum foret asserere, posse Principes gabellas in matrimonio contrahentibus imponere, ex defectu potestatis secularium Principum; tum ꝑ quod gabella nisi de his soluitur, qua estimationem recipiunt; res autem sacrae, & religiosae inestimabiles sunt §. sacrae instit. de rer. diuini. l. inter stipulantem §. sacrae de verbo. obliga. cum similibus. Maior ꝑ dubitatio est, an statutum valeat vbi velit de dotibus, gabellam solui debere; Et ꝑ Lap. in allegat. 129. num. 23. ad medium aperte docuit statutum hoc non valere, quia impedit
- 80
- 81
- 82

matrimonium quodammodo, illius etiam libertatem ex dictis superius allegat tex. in dict. cap. gemma de sponsa. Mando. probat in additione litte. G. nullo citato auctore sequitur eundem Bertachi. in tractat. de Gabell. 5. quaestio. principali sub. num. 20. Ferret. tractat. de Gabell. num. 375. Ex contrario tale statutum valere praesupponit clarissime Deci. consil. 457. Ego vero vna cum Lap. sentio statutum hoc nullius fore roboris, & si enim dos quid separatum sit a matrimonio & matrimonium sine dote consistere possit, negari tamen non potest quin illius libertatem adiungat & coarctet; sed & impium & Christianis Principibus indignum censeo, lucra ex dotibus consequi velle, atque ideo Cassan. in consuetu. Burgun. rubri. de Gabell. qua finalis est illius operis num. 11. quaest. 7. in eandem conscendit cum Lup. sententiam, & si de facto apud Gallos male obseruari affirmet. In vltiori ꝑ Hispania lex est qua expressim vetuit Gabellam de dote solui, & iuste quidem, quia cum ex necessaria venditione vel alienatione non debeatur gabella, Tiraquel. fufe de retract. ligna. §. 29. glos. 1. & paternum sit officium, imo & necessarium dotare filias l. fina. C. de dot. promissi. l. qui liberos ff. de rit. nuptia. ideo nec de dote solui posse equissimum est, quinimo nec in alijs casibus vbi mulieres ab eis dotes capiunt qui eas dotandi obligatione carent, ex ratione praedicta resoluit Azebe. in l. 35. titu. 18. lib. 9. a num. 1. Quae omnia in hac scripta differentia diligenter nota; quia sic digesta nullibi reperies. Verum notandum supra modum Ecclesiam posse matrimonij contractum infringere quatenus contractus est, cetera vero Sacramenta minime, quoniam cetera Sacramenta non perficiuntur consensu, tanquam ex parte intrinseca, nam consensus recipientis est dispositio ipsa, & conditio sine qua non, & cum voluntas etsi coacta voluntas sit, sufficit vt valeant, in matrimonio consensus essentialiter requiritur, qui omnino liber esse debet sic vere & pulchre Sancha. de matrimo. lib. 4. dispn. 12. num. 26.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium species quaedam emptionis & venditionis est.
- 2 Venditor vitium latens animalis detegere tenetur.
- 3 Filiam nubens ex lege honestatis vitium latens detegere marito debet.
- 4 Sergij Galbae Imperatoris pater, quid fecerit cum

- cum ab aliuia diuite, & pulchra in maritū peteretur.
- 5 Crates Philosophus ducturus in uxorem Hipparchiam quid fuerit.
 - 6 Aretini consilium 142. in matrimonium Sfortie Mediolani Ducis, cum Dorothea filia Ludouici Mantue Marchionis expenditur.
 - 7 Matronarum peritia ubi non sufficit, medici adiungendi sunt.
 - 8 Matrimonium ob vitium latens dissolui non potest.
 - 9 Matrimonij profeneta, & medicator, ob vitium latens mulieris, quam laudauit, actione de dolo tenetur.
 - 10 Profeneta presumitur scire vitium latens.
 - 11 Matrimonij mediatores, qui solo Dei intuitu matrimonia curant fieri, ob vitium latens actione de dolo non tenentur.
 - 12 Matrimonij mediatores, qui vere sciunt vitium latens, reticendo illud, actione de dolo conueniri possunt.
 - 13 Deceptores ad interesse propter dolum iuste conueniuntur.

DIFFERENTIA. VIII.

MATRIMONIUM CONTRAHENTES, AN LATENS, & OCCULTUM VITIUM, AUT MORBUM DETEGERE TENEANTUR, QUEM ADMODUM IN EMPTIONIS CONTRACTU, FACETA DISCEPTIO.

- M**ATRIMONIUM ꝑ speciem quandam emptionis, & venditionis esse, eique plurimum assimilari, docui in præfatione libri primi ad finem: Sane ꝑ cum in venditione, venditor siue mancipia vendat, vel pecuda, vitium latens emptori detegere tenetur, alioquin de dolo actione, & ad interesse conueniri potest l. 1. §. venditor ff. de actio. emptio. l. 1. 2. & toto tit. ff. de Edili. edicto, an idem in matrimonio id, inuicem contrahentes præstare debeant videamus; quod si non fecerint, an morbo vel vitio detecto alter illū de dolo, actione possit conuenire.
- 3 Lege ꝑ plane honestatis, & ad pacem & quietem, inter coniuges custodiendam, fieri debere, conueniens est: ne consumato iam matrimonio, dum alter alterius vitium, vel morbum detegit cum spernat, contempnat, & odio prosequatur, ita fit vt in perpetuo infeliciter viuant ambo coniuges. Sic ꝑ olim fertur patrem Sergij Galbæ Imperatoris fecisse, qui cum a Liuia Ocellina diuite & pulchra in maritum euocaretur, is autem bre-

ui esset corpore, & veluti nanus & punilius, ille instanti, vltro vitium corporis, deposita veste detexit, ne quasi ignotum fallere videretur: simile ꝑ huic fecisse, aiunt Cratem Philosophum, cum Hipparchia & ipsa Philosophiæ plurimum dedita, quæ cum in virum optaret, is sponte huic interscapillum retexit, quod gibberosum erat, peram cum baculo, & pallium humi deposuit puellæ dicens, eam sibi supplicilem affore tam immanem & deformem, quam videret: Ad dit ille, ipsam alloquens, proinde scedula consule, ne post pœnitentia ducta desleas: Hipparchia, Crati respondit, se nec ditiorum maritum vel formosiorum velle nec optare, quæ & his alia similia ex antiquioribus refert Tiraq. in ll. connubia. l. 4. glo. 1. à nu. 1. 2. 3. & seq.

Cum ꝑ hic aliquando casus contigisset Italiæ, consultum video ab Aretino consil. 142. iure potuisse Franciscum Sfortiam Mediolani Ducem, vt Dorothea filia Ludouici Mantue Marchionis Galeatio Sfortie Ducis filio desponsata, nuda à quibusdam à se medicis missis conspiceretur, vt si quæ puellæ deformitas foret, vel vitium, illud detegerent; recusauit id Mantue Marchio, sed tantum filiam videndam obrulit; Aretinus vero d. consil. 142. qui pro parte Ducis Sfortie consuluit, subtiliter, & erudite respondet, teneri Marchionem filiam nudam medicis à se missis conspiciendam tradere, multis rationibus, sed hæc vna fortior est, quod ꝑ ubi matronarum non sufficit peritia in aliquo casu propter illius difficultatem, eo tunc peritiores medici adiungi possunt cap. ex litteris de frigi. & malefi. atque in hac specie referens Aretini consilium docet Decii in cap. proposuisti num. 2. de probatio.

Ceterum animaduertendum est, in casu Aretini fuisse solum contracta sponsalia à parentibus pro filijs impuberibus Ducis, & Marchionis, & hinc inde subsequutas promissiones cum ad pubertatem peruenirent, adiecta conditione expressim de videnda deformitate quando ad pubertatis annos Marchionis filia perueniret, in quæ ambo parentes consenserunt: reëque probat, & respondet Aretinus id fieri debere, quando non aliter nec alio modo pacta fuerint de contrahendo inita; Atqui ubi nulla afforet promissio, & contracta essent sponsalia, vnus alium ad producendam deformitatem cogere non posset, quia error hic non ipsa irritaret, ad dicta hoc libro differen. 4.

Cœpola ꝑ autem in l. 1. §. aiunt ædiles ff. de ædili. edic. num. 26. cum institutam supra quæstionem mouisset, facetur matrimo-

nium

- 9 nium dissolui non posse, at ꝑ profenetam vbi interuenisset, laudando mulierem & illius deformitatem reticendo quam sciebat, actione de dolo conueniri l. & eleganter §. si. cum l. sequen. ff. de dolo l. 1. ff. de profene.
- 10 Addit ꝑ ille, presumi profenetā id scire, quoniā hoc hominum genus mēdax est l. iustissime §. fina. ff. de edili. edic. vbi idē Cœpol. in profeneta. sententiam probat, quoniam lucrum quarunt, & accipiunt ex suis actibus, & negotiationibus, iustum igitur parque est quod propter mendacium actione de dolo conueniri possint; in ꝑ alijs vero mediatori- bus, qui nō aliud lucrum, quam a Deo Max. præmium, ob bonum hoc opus sperant non admitto Cœpolæ traditionem, nisi ꝑ ubi manifeste constaret eos in dolo fuisse reticendo vitium, dedisseque dolum causam contractui, & vitium tale afforet quod maiores sumptus, & expensas marito adferret, ratione morbi vt sunt multi, qui indigent curatione successiua, quæ ideo sumptus etiā successiuos producit, ita enim fieret vt illico nedum dotem, sed & vniuersum patrimonium vir in alenda curandaque vxore absumeret, id autem iniquum esse videtur, Et ꝑ propterea iustum decipientes ad interesse propter dolum admissum posse conueniri d. l. & eleganter §. fina. & l. sequen. qui tex. in d. §. fin. magnā, & euidentē calliditatē adesse voluit vt actio de dolo aduersus laudatē datur concinit tex. egregius in l. cum ostendimus ad finem de fideiussio. tuto. l. 1. §. sciendum de magistra. conuenien. & qui ad hæc iura multos coaceruat Marsil. in rubr. de fideiussio. num. 245. in fine sic igitur quæstio superior resoluenda est quam a nullo traditam fuisse, dixit, Sanch. tractat. de matrimo. lib. 1. disput. 68. à num. 1. cum seq. nos autem ab Aretin. & alijs supra citatis tractatā vidimus.

SVMMARIVM.

- 1 Romani Pontificis in iudices monitum.
- 2 Transactio in matrimonio non datur.
- 3 Transactio de iure ciuili in matrimonio, licita est.
- 4 Compromissum super matrimonio non datur.
- 5 Arbitri quia nullam habent iurisdictionem, metu tantum poenæ paretur.
- 6 Matrimonia ab omni poena libera esse debent.
- 7 Matrimonium dissolueri, ad eum tantum pertinet, qui iurisdictionem habet canonicam.
- 8 Arbitri nedum principaliter, sed neq. incidenter de matrimonio cognoscere possunt.
- 9 Compromissum fieri potest in laicum tanquam

amicabilem compositorem, de re spirituali.

10 *Causa spiritualis cuius transactio prohibita est de iure canonico, compromitti non potest, nedum in laicum sed neq. in Ecclesiasticam personam.*

DIFFERENTIA. IX.

COMPROMISSVM TRANSACTIONEM, ARBITRIUM, DE QUIBUSVIS CONTRACTIBUS, FIERI DE MATRIMONIO MINIME.



ROMANVS ꝑ Pontifex in ca. fina. de transactio. Dū ꝑ Indices instituit, quemadmodum se gerere debeant inter partes colligentes, præcipue illud commen-

dat, vt rerum, & personarum qualitate perpen-
 sa, quandoque possit negotium ex bo-
 no, & æquo transigere, & sedare: *id autem*
 (inquit) *ille intelligendum est, in his casibus, in*
quibus transactioni locus esse potest, in cæ-
teris minime, veluti in coniugij Sacramento glo.
 illic in verbo *Sacramentum* rationem red-
 dit, *quia inquit, quos Deus coniungit homo non*
separet. Eo ꝑ itaque tex. apertissimo pro-
 bant omnes in causis matrimonialibus non
 licitam esse transactionem, vt post glos. ibi
 Inno. Bella. Anton. Panormita. Imol. & cæ-
 teri scripsere: Gutier. lib. 1. cano. quæstio.
 cap. 17. num. 18. qui huius capituli finalis me-
 minit obiter, & si ad aliud institutum. Pla-
 ne ꝑ de iure ciuili, quo huius Sacramenti vis
 incognita erat, licita fuit causæ matrimo-
 nialis transactio, quoniam eo iure sicut con-
 sensu matrimonium efficiebatur l. nuptias
 cum similibus de regu. iur. sic contrario con-
 sensu dissoluebatur l. consensu l. si constan-
 te C. de diuortijs & repudi. ideoque Pro-
 do. tractat. de differen. iur. ciuili. & cano.
 numer. 106. hanc ipsam inter alias consti-
 tuit differentiam inter ius ciuile, & canoni-
 cum.

Quæ ꝑ de transactione dixi, eadem ad
 compromissum extendenda sunt, nam spe-
 cies quædam transactionis est, sic sensit. glos.
 ex eo tex. in cap. 1. ad finem ex. de consan-
 guini. & affinit. glos. in l. non distinguemus
 §. Iulianus ff. de recep. arbi. cap. penultimo.
 de in integ. restitui. Eam ꝑ interpretes ra-
 tionem reddunt, quod arbitri nullam iuris-
 dictionem, sed solam habeant notionem,
 eis autem metu tantum poenæ paretur l. 1.
 C. de arbit. vbi glos. & ceteri: Ceterum ꝑ
 matrimonia ab omni poena libera esse de-
 bent l. Titia de verbo. obliga. ca. gemma de
 sponsa.

- 7 Tum ꝛ quod dissoluere matrimonium a Deo institutum, ad eum tantum pertinet, qui iurisdictionem habet, qua arbiter caret. glo. in d. cap. 1. de consangu. verbo potestatem, quam sequitur Prodof. supra nu. 106. in fine. Dida. in Epito. ad 4. part. 2. ca. 8. §. 12. nu. 2. Mozzi tractat. de contra. titul. de matrimo. num. 20. 21. Triuisan. decif. 28. nu. 17. lib. 1.
- 8 Extende ꝛ regulam ꝛ traditione hanc vt nendum arbitri cognoscere principaliter de causa matrimoniali non possint, sed nec incidenter, quemadmodum recte aduersus Bal. in l. vni. C. de confess. num. 17. respondet Roma. consil. 299. glof. communis in cap. contingit ex. de arbitr. quam dixit receptam Dida. supra, nam qua ratio impedit cognitionem principaliter de qua modo, cadem quando incidenter. Secundo ꝛ extende quod licet de causa spiritali possit compromitti in laicum tanquam amicabilem compositorum, iuxta receptissimam traditionem canonistarum de qua Felin. in cap. cum sit generale de foro competenti num. 3. post Ancharra. consil. 34. Roman. consil. 173. Alex. in l. quoties C. de iudi. Deci. que communem in cap. 2. de iudi. vbi Rip. num. 13. eandem receptam repetit Dida. supra num. 2. ad medium; tamen ꝛ causa spiritalis, cuius a iure transactio prohibita est, nendum in laicum arbitratorum, sed nec in clericum poterit compromitti, quoniam vt antea dixi, compromissum transactio est secundum glo. in auth. vt diff. iudi. in princi. Barto. in l. si societatem §. arbitratorum ff. pro socio. cum alijs congestis a Dida. vbi supra. Atque ita in specie propositi casus tenuit Rip. in d. cap. 2. num. 13. Dida. d. §. num. 3. ꝛ quia pena metus sic in Ecclesiastico vt in laico militat.

SUMMARIVM.

- 1 Iurisdictione Ecclesiastica ꝛ secularis diuisa.
- 2 Papa in terris Imperij iurisdictionem temporalem non habet.
- 3 Papa in terris Imperij non legitimat, quod ad bona secularia.
- 4 Papa in terris Imperij delicta abolere non debet.
- 5 Papa in terris Imperij in integrum non restituit.
- 6 Papa in terris Imperij famam non restituit, nec honores.
- 7 Papa ad libitum, nec illius delegati Apostolici, nuntios creare, aut exequutores laicas personas, possunt eximendo eas a regia iurisdictione.
- 8 Papa leges Principum iustas, que tamen in dispendium anime vel Christiane religio-

- nis non vergunt, tollere non potest.
- 9 Episcopi ꝛ Ecclesiarum Prælati laicarum personarum Iudices sunt incompetentes nisi in spiritalibus.
 - 10 Iudex secularis inhibitionem sibi iniuste factam per Iudicem Ecclesiasticum, spernere potest.
 - 11 Forma procedendi a Iudicibus laicis contra Iudices Ecclesiasticos qualis sit in Regno Cathalonie.
 - 12 Reges ꝛ Principes seculares de negotijs Ecclesiasticis se intromittere non debent.
 - 13 Matrimonialis causa cognitio ad solos Iudices Ecclesiasticos pertinet.
 - 14 Matrimonium quatenus Sacramentum, Ecclesiasticas tantum personas recognoscit.
 - 15 Iudices seculares an possint cognoscere de causa possessoria inter virum ꝛ uxorem.
 - 16 Thesauri decisio. Pedemon. qua iudicatum asserit, Iudices seculares cognoscere posse de causa possessoria inter virum ꝛ uxorem, an sit vera.
 - 17 Iudices seculares cognoscere possunt de causis possessorijs beneficiorum.
 - 18 Iudices seculares cognoscunt in possessorio adipiscenda in rebus Ecclesiasticis.
 - 19 Thesauri opinio reprobat.
 - 20 Matrimonialis causa possessoria sine iure, ꝛ titulo esse non potest.
 - 21 Matrimonialis causa possessoria admixtam habet causam spiritalitatis, simul ꝛ titulum.
 - 22 Iudices laici cognoscere non possunt de possessorijs rerum Ecclesiasticarum, quando per titulum iustificari debent.
 - 23 Iudices seculares incidenter tantum cognoscunt in causis possessorijs matrimonialibus.
 - 24 Iudices seculares vbi incidenter cognoscunt de causa spiritali, ꝛ de titulo agendum est, cautius facient, si totum negotium ad Ecclesiasticum Iudicem remittant.
 - 25 Possessoria causa mixtam habens causam spiritalitatis, solos Iudices Ecclesiasticos recognoscit.
 - 26 Possessoria adipiscenda, in rebus Ecclesiasticis, que per titulum iustificari debent, a iudicibus secularibus iudicari non possunt aduersus Thesaurum.
 - 27 Iudices seculares, neque principaliter, neque incidenter de titulo in rebus Ecclesiasticis cognoscere non possunt aduersus Thesaurum.
 - 28 Interpretum error, qui nescierunt distinguere inter possessorium cause matrimonialis, ꝛ aliarum rerum spiritalium.
 - 29 Matrimonialis causa Sacramentalis est.
 - 30 Matrimonij Sacramentum vti principale, accessoria sequuntur.

Ratio

- 31 Ratio diuersitatis noua inter causam possessoriā matrimonialē, ꝛ reliquas possessorias spiritalēs.
- 32 Sacrarum rerum, quadam magis sacræ quam aliæ, ꝛ in his primum locum tenent Sacramenta Ecclesiæ.
- 33 Sacra res, que per Pontifices, ꝛ Episcopos consecrantur, non tam sacræ sunt vt Sacramenta a Christo Domino instituta.
- 34 Sacramenta supernaturaliter a Christo Domino instituta.
- 35 Matrimonium seruitus est.
- 36 Seruitutes, ꝛ illarum cause possessoria proprietatem admixtam habent.
- 37 Cause matrimoniales ex S. C. Tridentino ad solos Episcopos spectant.

DIFFERENTIA X.

CONTRACTVM PROFANARUMQUE CAUSARUM SECLARES FORE IUDICES, MATRIMONIJ SOLOS ECCLESIASTICOS; QUID ETIAM VBI INCIDENTER APUD LAICOS DE MATRIMONIO AGERETUR, MULTA IN PRACTICA QUOTIDIANA ꝛ VILISSIMA LATISSIME TRACTANTUR.



- D**ISTINCTAS fore ꝛ iurisdictiones, Ecclesiasticam ꝛ seclarem in comperto est; ideo nec Roma. Pontifex Regiam vsurpare, nec Reges ꝛ Principes Ecclesiasticam possunt cap. nouit vbi post antiquiores Azpil. de Iudi. cap. verum 96. distinctione in Nouell. quomo. oper. Episc. ꝛ cleri. Oliban. præceptor in commen. vlati. alium namq. cap. 13. nu. 46. Pazius in pract. 2. tom. in prohemio num. 1. Vnde ꝛ nec iurisdictionem habere Papam in terris Imperij quoad temporalia, idem Papa asseruerat cap. per venerabilem §. rationibus ex. qui filij sint legi. Hostien. Ioan. Andre. ꝛ cæteri in ca. causam in 2. eod. illo tit. Ita ꝛ sit vt Roma. Pontifex in terris Imperij, ꝛ iurisdictionum principalium nequeat illegitime natos legitimize, quo ad bona secularia, ꝛ si quo ad Ecclesiam possit, quemadmodum Hostien. Ioan. Andr. Imol. Anton. ꝛ posteriores scripserunt in d. cap. per venerabilem ex eo. textu Alexand. consil. 67. num. 8. lib. 1. cum alijs congestis per Cisuen. in commenta. l. 12. Taur. nu. 9. Nicol. de Vbal. tractat. de successio. abin. cæsta. fol. 11. asserit communem opinionem Ferr. cau. 1. ꝛ in praxi. seruari affirmat Panormis. in d. cap. per venerabilem num. 22.

Curti. Præpo. Crot. ꝛ alij, quos refert ꝛ sequitur Didac. in Epitom. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 18. Viui. inter communes opiniones opinio. 583. num. 1. qui prædictos non memorat. Oddo tractat. de restit. in integrum. 2. part. quæstio. 92. artic. 4. num. 41. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 2. num. 11.

4 Ab hac ꝛ regula multa neq. sperneda eliciuntur: primo quod sicut nequit Roma. Pontifex legitimize in terris Imperij: sic nequit delicta abolere malefactorum, aut penam eis inflictam vel infligendam remittere ex defectu iurisdictionis, sic post Sfor. Odd. ꝛ alios scribit doctissimus Farin. to. 1. quæst. criml. tit. de inquis. quæst. 6. bu. 2. post principium.

5 Secundo ꝛ infertur, nec posse Roma. Pontificem propter eandem rationem in integrum restituere laicum in terris Imperij Bal. in cap. cum te num. 4. ex. de sen. ꝛ re iudi. ꝛ qui cum refert Sfor. Oddo tracta. de restit. in integr. part. 2. quæst. 92. artic. 2. num. 15.

6 Tertio ꝛ infertur, neque itidem posse Roma. Pontificem ad famam restituere subiectos laicos Imperatori vel Regibus, quoad consequendas tamen dignitates temporales, ꝛ si quoad Ecclesiasticas possit, Panormita. in cap. cum te de re iudica. num. 10. vbi communem dixit, Felin. ibi num. 10. ꝛ alijs adductis Sfor. Odd. d. quæst. 92. artic. 4. num. 43. 44.

7 Quarto infertur ꝛ non posse Roma. Pontificem ad libitum illiusve delegatos Apostolicos, nuntios creare, aut exequutores laicas personas, ꝛ eas simul a regia eximere iurisdictione, id enim in summum regie iurisdictionis dispendium fieret, cuius ideo facile ob id potestas eluderetur in suo regno. Nico. Boeri. decisio. 297. num. 1. 2. 3. Temperanda est Boerij traditio, nisi in his casibus, in quibus in re communi licet aliquos eximere, qui ad ministeria Ecclesiæ necessarii sunt, quos nunc vt extra institutum non repeto.

8 Quinto infertur ꝛ non posse Roma. Pontificem legem tollere iustam a Principibus secularibus editam, si animæ dispendium nõ contineret, aut peccati nutritiua non esset glo. insignis in regula possessor. in glo. 1. circa medium de reg. iur. Viui. decif. 380. n. 15. lib. 2.

Sexto ꝛ consequenter infertur, quod si nequit Roma. Pontifex de secularibus personis, ꝛ negotijs se intromittere, multominus Episcopi, ꝛ cæteri Ecclesiarum prælati, qui Iudices sint incompetentes. cap. si clericus laicum cap. cum sit generale, de foro

competenti ibi Panormit. & Canonista ca-
 teri Lancell. tracta. de aten. 2. par. cap. 20.
 num. 86. Lapp. allega. 61. vbi Mando. Ca-
 ual. decis. 9. num. 27. 1. part. qui inibi num. 5.
 10 post relatos & ab eo scripti, iuste quidem
 secularem Iudicem eo casu inhibitionem
 sibi factam per Ecclesiasticum contemnere
 posse; Ceterum ad hanc Caual. traditionem
 aduertendum; tutius fore curare, vt Ecclē-
 siasticus Iudex eandem reformaret, vel irri-
 taret, ne propria autoritate quidquam in
 vilipendium iurisdictionis Ecclesiastice fa-
 cere videretur; maxime in inhibitionibus à
 Romana curia emanatis, vel illius delegatis
 Rota decisio. 26. num. 3. in antiq. Mando.
 tracta. de inhibitiō. quæst. 26. nu. 2. & quæst.
 38. 39. 40. 41. Lancello. tracta. de aten.
 11 d. cap. 20. In hoc autem Cathalonix Prin-
 cipatu forma statuta est procedendi aduer-
 sus Episcopos & ceteros ordinarios; nam
 cum ordinariis contentio firmatur coram
 Regio. Cancellario.
 12 Sane & si non licet Romano Ponti. nec iu-
 dicibus Ecclesiasticis de rebus, personis, &
 causis profanis, & temporalibus cognoscere,
 minus multo Imperatori, Regibus, & ceteris
 Principibus licebit de rebus, & negotiis spi-
 ritualibus, & Ecclesiasticis iudicium facere;
 quod vt antea dixi iurisdictiones distinctæ
 sint, & separatæ, tum quia laicæ personæ re-
 gulariter sint incapaces rerum Ecclesiæ, &
 spiritualium capitecernimus de iudi. caicū
 laicis de reb. Ecclesi. non alienan. cap. con-
 tingit. de arbit. cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ
 de constitu. vbiq. omnes. Et licet in quibusdā
 casibus laici possint, quos memorat, & pro-
 sequitur Aufred. in tracta. de potesta. secula.
 in perso. Ecclesiast. Bernar. in suo tract. Ma-
 rant. in specul. distinct. 11. à num. 59. Gra-
 phi. in declara. Bullæ Cœnæ Domi. in verbo
 præter iuris canonici dispositionem; aliquos
 profequitur Dida. in practi. quæstio. cap. 31.
 & tribus sequent. Osafo. decisio. Pedemont.
 30. num. 17. Caual. decisio. 45. num. 68. 69.
 cum sequen. 1. part. Menoch. tracta. de Reti-
 nen. possessione rem. 3. nu. 356. Pazi. in prac.
 13 2. tom. prælud. 2. à num. 1. regulariter tamē
 id prohibitum est: Et cum & multa ad manū
 sint exempla; ad institutum tamen tractatus
 nostri tātum pertinet causa matrimonialis,
 cuius cognitio ad solos Episcopos, & Prela-
 tos Ecclesiæ pertinet, non ad laicos; quia & si
 14 contractus sit, quia & tamen Sacramentum
 Ecclesiæ est, Episcopis tantum de ea cognos-
 cendi potestas datur cap. multorum 35. q. 6.
 cap. auditis de prescrip. ca. accedentibus de
 excels. prelato. de iure nouissimo tex. in cap.
 20. vers. Ad hæc causæ matrimonialis sessio.
 24. de refor. mat. apud Concilium Triden.

par enim iustumq. sanctissimi patres existi-
 maerunt, tam sublimi Sacramēto, superio-
 res etiam omnium totius orbis Iudices tri-
 buere; sic scripsere canonista in citatis locis
 & post Dida. in Epit. ad 4. 2. par. ca. 8. §. 12.
 num. 1. Triuisan. decisio. 38. nu. 17. lib. 1. &
 decis. 3. num. 4. lib. 2. & expressim decreti
 Sacri. C. Triden. meminerūt, Vni. inter cō-
 munes opiniones, opinio. 157. nu. 3. Sbrozi.
 tracta. de Vica. Episcop. lib. 2. q. 43. num. 1.
 quæst. 91. num. 6. Salzed. ad Dida. de Luco.
 cap. 3. sub littera A. & in eadem additione.
 vers. Verius tamē videtur: Pazi. in practi.
 2. tom. Prælud. 1. num. 7.
 15 Ceterum & hic casus nullam continet du-
 bitationem; sed qui eam recipit vnus est, an
 sicut causæ matrimonialis nisi Ecclesiastici
 Iudices esse possint, sic vbi de possessorio
 agitur inter virū & vxorem, quoties vir pos-
 sessione innititur aduersum mulierem, quæ
 propria autoritate diuertit, vel e contrario
 de quo dixi lib. 1. compara. 22. hoc igitur in
 casu quis sit Iudex competens dabitur: Et
 16 nouissime & Thesau. vir certe doctus decis.
 Pedemont. 117. hanc in eo Senatu aliquando
 suscitata, & disputata scribit quæstionē,
 tandem decisum, potuisse Senatū de hac
 matrimonialis possessoriij causa cognoscere;
 id ipsum post glo. in ca. non est vobis, in glo.
 1. de sponsa. & Panorm. ibi nu. 9. sequi vide-
 tur Valas. decisio. 93. num. 5.
 17 Mouetur & primo Thesau. ex generali, &
 fere ab omnibus recepta traditione, posse
 Iudices seculares cognoscere de possessorijs
 omnibus beneficiorum, & rerum Ecclesiasti-
 carum, quia quid facti possessio est & tem-
 poralis, & si a re Ecclesiastica pendeat, glof.
 in cap. litteras de iur. calu. atq. ideo cog-
 nitionem ad seculares etiam Iudices pertine-
 re, quemadmodum post multos ab eo rela-
 tos resoluit Dida. in practi. quæst. cap. 35. Ripa.
 in l. naturaliter §. nihil commune nu. 19.
 de acquiren. posses. & alij quos refert Osafo.
 decisio. Pedemont. 116. nu. 1. post Guid. Pap.
 decisio. 1. Crauet. consil. 158. num. 3. lib. 1.
 Boer. decis. 69. num. 23. Thesau. decis. 82.
 num. 1. Gabriel. in comau. titul. de resti-
 tu. spoliato. consil. 5. num. 115. Afflic. de
 18 cis. 24. & 85. vbi Vreil. Bellu. in specu. prin-
 ci. §. videndum num. 12. rub. 11. Azpilque. in
 cap. cum cōtingat in primo remedio. ex. de
 rescrip. idem Thesau. decisio. 117. in princi-
 pio Caual. decisio. 45. nu. 75. 76. 1. par. Gig.
 consil. 123. num. 6. Valas. decisio. 93. à num. 1.
 latissime quatuor distinguens casus Meno.
 de retinen. posses. remed. 3. num. 323. cum
 seq. & de recup. posses. remed. 15. quæst. 18.
 num. 223. Gutier. in Cano. qq. 4. cap. 34. nu.
 16. 18. & seq. lib. 1. latius in practi. quæst. li. 3.
 quæst.

quæst. 26. num. 1. Padill. in l. 1. num. 57. C. de
 iur. & fact. ignoran. & passim alij. Vnde cum
 in hac specie de possessorio etiā agatur, con-
 sequens Iudicem laicum cognoscere posse.
 18 Secundo & mouetur ex eo, quod laici sunt
 Iudices competentes in quibuscunq. posses-
 sorijs etiam adipiscendæ, vt per Igne. in l.
 necessarias. §. non alias 2. part. num. 17. ad
 S. C. Sylla.
 19 Contraria & tamen sententia verior est &
 magis tuta: primo ex glo. insigni in cap. ex
 transmissa verbo, & ab eo, de restitu. spolia-
 to. quæ expressim docuit, eum qui ad resti-
 tutionem agit coniugis, probare eum oport-
 ere desponsationem, & copulam, subinde
 docuit, possessorium hoc, nō sicut cætera ef-
 se, non enim sola sufficit possessio, quia in
 matrimonio sine iure, & titulo haberi ne-
 quit, in cæteris vero possessorijs titulus, & si
 coloratus sufficit, vnde & si in his Iudices lai-
 ci cognoscere possint in illo minime.
 20 Secundo & accedit egregia traditio Anto-
 de Butri. in cap. litteras. ex. de iuramen. ca-
 lum. qui eo loco docuit, causam matrimo-
 nialem possessoriā habere admixtam cau-
 sam spiritualitatis, consequenter Iudicem
 laicum illius fore incapacem; Atq. in his ter-
 minis, hanc docuit sententiam Afflic. in reg.
 consil. Scicil. lib. 8. rub. 48. num. 6. 7. 8. An-
 gel. de Vbal. inter consil. matrimonial. consil.
 44. num. 57. & 60. lib. 1. Plotus inter eadem
 consil. consil. 87. num. 15. Dida. in Epit. ad 4.
 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. quo loci. & alibi
 idem scripsisse affirmat in cap. 7. §. 7. num. 8.
 eiusdē libri Bal. in cap. causam matrimonij
 num. 5. de offi. deleg. Felin. ibi num. 3. Do-
 mi. consil. 24. & Baldū, Felin. & Domi. refert
 & sequitur. Valas. decis. 93. nu. 2. ad mediū
 vers. In causa matrimoniali.
 21 Tertio & causa matrimonialis possessoria
 admixtum habet titulum, ex glo. in d. ca. ex
 transmissa, Butri. & ceteri supra relati, at &
 22 vbi de titulo cognoscendum est, nusquā lai-
 cus ius dicere potest extra: communi enina
 receptum sententia est, in causis possessorijs,
 quæ per titulum verum iustificari debent,
 laicum Iudicē esse nō posse, Immol. in Cle-
 men. dispendiosam de iudi. cum alijs cōges-
 tis per Menoch. tracta. de retinen. possesio.
 reme. 3. num. 328. Dida. in practi. qq. ca. 35.
 num. 1. idem Meno. qui multos adfert tract.
 de recupe. possesio. remed. 15. nu. 218. Gu-
 tier. in cano. quæst. cap. 34. nu. 26.
 23 Quarto, & quia tunc tantū licet cognosce-
 re laicis iudicibus de huiusmodi possessorijs
 matrimonialibus, quando incidenter agitur
 de his, & cū de facto magis quam iure quæ-
 stio agitur. Barto. in l. Titia ff. solut. matri-
 mo. idem in l. 2. de iuris. omni. iudi. quoniam

nulla hoc in casu iuris canonici peritia exigitur,
 cum de facto agitur Panormi. in ca. cum
 sit generale de for. cōpeten. vbi Feljn. post
 eum Roma. & Alex. qui cōmunem dixit in
 d. l. Titia vbi nouissime eruditus Barbof.
 Deci. & Rip. num. 17. in rubr. de iudi. & qui
 eos refert receptam scribens Dida. in Epit.
 24 ad 4. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 3. qui & inibi
 rectissime opinatur tutius fore in hac specie,
 oblata incidēti quæstione, vbi de titulo agē-
 dum est, rem totumq. incidens negotium
 ad Ecclesiæ iudicem remittere ex Gerard.
 singul. 96. latē profequitur Gutier. li. 3. pra-
 cti. quæst. q. 26. num. 4. Et remissam fuisse
 causam matrimonialem incidentem suæ iu-
 dici Ecclesiastico per Senatū Neapoli. tes-
 tatur Vni. inter communes opiniones opi-
 nio. 157. num. 3. vt etiam affirmat Fran. de-
 cis. 52. in prin. Neq. obstant nunc adieciā
 in contrarium per Thesau. d. decisio. qui in-
 nitens regulæ generali supra adductæ scri-
 bit, in possessorijs laicos iudices esse posset
 25 nam & regulæ locus nō est, quando possesso-
 ria admixtam habet causam spiritualitatis,
 & quando per titulum debent verum iustifi-
 cari, vt sunt causæ matrimoniales possesso-
 riæ, ex his, quas modo adduxi traditionibus.
 26 Neq. & verum etiam est quod incaute scrip-
 sit Thesau. d. decis. nu. 4. in possessorijs etiā
 adipiscēdis in rebus spiritualibus laicos iu-
 dices esse posse, nullum alium præter Igneū
 citans huius sententiæ assertorem, quōntam
 possessoria adipiscenda semper per titulum
 debent iustificari cap. si quando cap. super eo
 de offi. deleg. Meno. de recuperan. posses. si.
 rem. 15. nu. 223. cuius laici iudices compe-
 tentes esse non possunt cap. tuam de ordi.
 cogni. cap. lator. ex. qui filij sint legit. Bero.
 in rubr. de iudi. num. 51. Crauet. consil. 104.
 num. 7. Dida. d. cap. 35. nu. 1. & Igneum ex-
 pressim reprobatur Meno. tract. de recu. pos-
 ses. remed. 15. num. 235. qui communem &
 receptam dixit.
 27 Non & etiam verum est, quod idem The-
 sau. illa scribit decisio. laicos cognoscentes
 de causa possessoria Ecclesiastica, posse etiā
 incidenter cognoscere de titulo, quoniam ea
 traditio tantum vindicat in causis possesso-
 rijs, quæ nullam habent admixtam causam
 spiritualitatis, vel cum de facto magis, quam
 de iure disceptatur, at vbi de diuortio prin-
 cipaliter ageretur, vt in casu Thesau. tunc de
 titulo non incidenter, sed principaliter agē-
 dum, & cognoscendum esset. Et & verum fa-
 28 teor omnes huc vsq. deceptos fuisse ingenue,
 tam qui nostram sequuntur sententiam, quā
 qui contrariam, nescientes distinguere inter
 possessorium causæ matrimonialis, & cetera-
 rum causarum spiritualium, vel Ecclesiæ nā &
 causa

causa matrimonialis veluti sacra, quia magnum est matrimonium Ecclesiae sacramentum a Christo Domino institutum de sacramen. matrimo. apud Concil. Trident. ob id ut in principio huius ca. dixi, illius soli Episcopi Iudices esse possunt: Præterea et cum sit Sacramentum, & ea omnia quæ ex eo consequuntur sacra sunt, regul. accessorium de reg. iur. & causa possessoria, ecclesiastica de rebus spiritualibus, spiritualis etiam dicitur Clem. 1. de sequel. possessi. & fruct. clem. 1. de causa possessi. ideo apud ecclesiasticos, & non seculares Iudices tractanda ca. 2. de Iudi. ex quo tex. id deducit Dida. d. c. 35. nu. 1. Gutier. d. ca. 34. nu. 25. Adhuc et argumentatio nostrorum, qua parificat causam possessoriâ matrimonialem cum cæteris possessorijs beneficiorum, vel aliarum rerum Ecclesiae inuvalida est, quia ratione spiritualitatis propter sacramentum excedit cætera spiritualia, beneficia, decimas, oblationes, & his similia, de quibus ubi de possessione mœra agitur, affirmat fere omnes, Iudices laicos cognoscere posse, ut infra dicentur: et sunt enim rerum spiritualium certi gradus, quibus una res altera sacratio & spiritualior (ut ita loquar) dicitur: et nam quæ immediate a Christo Domino instituta sunt sacramenta, hæc omnia cæteras spirituales superat, & primū gradum tenent; Quæ a summis Pontificibus, & Episcopis, & ab Ecclesia, sacra sunt, & religiosæ non a Christo Domino, sed mediate per Pontifices, & Ecclesie prælatos benedicta, & instituta, secundum vindicant locum, huiusmodi sunt sacerdotia, beneficia, & his similia, iuxta celebrem & insignem Azpil. traditionem in rub. de Indi. n. 25. 26. & seq. & in Manua. Confesso. ca. 23. n. 99. qui et eo loci scribit sacramenta instituta fuisse supernaturaliter a Christo Domino ad gratiâ conferendam: atque ideo magis spiritualia quam cætera omnia, qualia inquit ille, consecratio, Ecclesie benedictio, altaris, vasorum, ornamentorum, beneficia, collationes, præsentationes, idque genus alia, quæ non immediate a Christo Domino, instituta sed ab Ecclesia potestate supernaturali sibi a Christo data producta sunt; ideo minus spiritualia; ad institutum igitur nostrum, cum de sacramento agitur matrimonij, & illius possessorio, & de beneficialibus, & cæteris rebus spiritualibus, non recte argumentum de his, ad matrimoniales causas deducitur; quod magis spirituale sit sacramentum matrimonij quam beneficia, nec cæteræ res spirituales, quæ ideo spirituales sunt, quia a sacramentis Ecclesie descendunt; unde cum propter unum quodque tale, & illud magis, authen. multo magis C. de sacro. Ecclesi. Et propter sacramenta Eccle-

siæ, cætera res sacra, & spirituales dicantur, magis multo sacramenta spiritualia erunt, & hæc est ipsa veritas.

35 Accedat et secundo quod matrimonium servitus est, imo dura servitus ut ex Beato Thoma, & alijs declaravi li. 1. compar. 1. at servitutes et fere omnes proprietatis & possessionis causam admixtam habent, maxime quæ de rebus sacris, & religiosis sunt li. 2. §. 5. quædam ibi glo. & cæteri ff. de interdic. Bar. & posteriores in l. naturaliter §. nihil commu. ne ff. de acqui. possessio. consequenter possessoria matrimonialis causa sacra, per mixtum habet titulum, & proprietatem cuius nequit laicus iudicium sumere; quæ nova & vera ratione glo. & Anto. de Butri. iuuatur sententia, quos supra memoravi cum alijs, affirmantium causam hanc matrimonialem possessoriâ titulum in se continere necessario.

37 Accedit et tertio S. C. Tridentini decretum in ca. 20. sessio. 24. de refor. matrim. in vers. Ad hæc. qui textus voluit causas matrimoniales ad Episcopos tantum, non ad alios pertinere posse, & cum generaliter loquatur, generaliter intelligi debet; eo maxime quia iudex unus proprietatis, & possessionis esse debet ca. 1. de cau. posses. l. nulli. C. de Iudi.

SUMMARIUM.

- 1 Dolus ex coniecturis presumitur.
- 2 Dolus in animo consistit.
- 3 Doli & fraudis presumptiones multe.
- 4 Dolus & fraus presumitur, quando quod palam fieri potuit, factum est clandestine.
- 5 Dolus & fraus presumitur etiam in rusticis, quando actum clandestine contrahunt.
- 6 Clandestine relicta per testatores, aliquando a legitimis hereditibus aliquando a fisco auferuntur.
- 7 Dolus, & fraus presumitur ex clandestino recessu.
- 8 Clam id fieri dicitur quod publice fieri poterat, & factum non fuit.
- 9 Dolus presumitur in eo, qui incedit per vias insolitas.
- 10 Alienatio clandestina dicitur, cum alienans eam occultâ habet ne adversario innotescat.
- 11 Clam factum dicitur, ubi non sit actus, quod ad eos quorum interest notitia peruenire non potest.
- 12 Clam factum dicitur quando id quod sit, per interpositam personam conficitur.
- 13 Palam id fieri dicitur; cum publice sit & testes adhibentur.
- 14 Clandestinitas actus sola, nisi alia concurrant coniectura, non facit actum fraudulentum.

Clam

- 15 Clam quidquam faciens, non ex eo solo, dolo facere dicitur.
- 16 Fraude non dicitur is actum facere, qui sine fraude eundem actum facere potuisset.
- 17 Alienatio clandestine facta, an ex eo solo in fraudem fisci facta dicatur.
- 18 Clam donans, non ex eo solo in fraudem alienare dicitur.
- 19 Fiscus in dubio condemnandus.
- 20 Peregrini sibi ipsi contrarius.
- 21 Donatio clandestina, concurrente alia coniectura, fraudulenta presumitur.
- 22 Alienatio clandestina titulo oneroso facta, concurrente alia coniectura, fraudulenta presumitur.
- 23 Clandestinitas actus non facit contractum fraudulentum ubi eam ob causam sit, ut vis & dolus alterius excludatur.
- 24 Dolo facere non dicitur qui fraudem excludit.
- 25 Fraude uti licet ad excludendam adversarij fraudem, & iniustam intentionem.
- 26 Dolus & fraus in eo non presumitur, qui clam aliquid facit quod facere poterat, timens ne a tyrano, vel ab agnatis impediatur.
- 27 Clandestinitas actus deducenda & alleganda est, ut Iudex illius rationem habere possit.
- 28 Matrimonia clandestina iure nouo, eo ipso quod clandestina sunt, nulla efficiuntur.
- 29 Clandestina matrimonia dupliciter considerantur.
- 30 Clandestini matrimonij species quatuor.
- 31 Clandestinum matrimonium dupliciter consideratur, vel ex defectu parrochi, & testium, & ex defectu denuntiationum.
- 32 Denuntiationes de substantia matrimonij non sunt.
- 33 Consensus in eodem actu interponi debet, quando per modum auctoritatis a lege requiritur.
- 34 Individuum dicitur quidquid ad solemnitate actus pertineat.
- 35 Denuntiationes in matrimonio non sunt de illius substantia, cum possint remitti arbitrio ordinarij.
- 36 Substantialia non consentur quæ actum præcedere possunt.
- 37 Solemnitas levis dicitur quæ actum præcedere & sequi potest.
- 38 Præsentia Parrochi, & testium in matrimonio de substantia est.
- 39 Matrimonium clandestinum dici potest quod prætermisissis denuntiationibus sit.
- 40 Clam aliquid facere is dicitur, qui cum possit palam, non id facit.
- 41 Domini. de Sot. & Alfon. de Cast. opinio reiecta.
- 42 Statuta vel leges municipales de clandestinis matrimonijs loquentia, ad ea extenduntur quæ sine denuntiationibus fiunt.

- 43 Leges & statuta de clandestinis matrimonijs loquentia, non extenduntur ad ea matrimonia quæ sunt prætermisissis denuntiationibus auctoritate ordinaria.
- 44 Cæphal. & Meno. error insignis, circa matrimonia quæ omisissis denuntiationibus celebrantur.
- 45 Hispanorum opinio affirmantiu matrimonij omisissis denuntiationibus validum esse, ubique recipitur.
- 46 Præsentia Parrochi & testium de substantia est matrimonij.
- 47 Forma S. Concil. Trident. in decreto matrimonij, an per equipollens possit adimpleri.
- 48 Decisio Rota Romana Aldobrandini hodie sanctissimi domini nostri Pape, an forma S. Concil. Trident. in matrimonio per equipollens possit adimpleri.
- 49 Denuntiationes in matrimonio omitti possunt ex iusta causa ab ordinario.
- 50 Iuste cause omittendi denuntiationes in matrimonio quales.
- 51 Denuntiationes omitti possunt, ubi probabilis adest coniectura quod matrimonium malitiose impediatur.
- 52 Iuramentum præstandum est impediens matrimonium, quod non malitiose id facit.
- 53 Iuramento statutoris, quando debitorem suum de fuga suspectum esse dicit.
- 54 Matrimonium impediens qui iurare nolunt, nullum præstant impedimentum.
- 55 Seguide Anal. opinio reprobata.
- 56 Iuramentum calumnie sinistra excludit presumptionem.
- 57 Iuramento calumnie sinistra suspicio tollitur.
- 58 Denuntiationes per solos ordinarios remitti possunt.
- 59 Abbates denuntiationes remittere possunt.
- 60 Abbates nedom titulares sed etiam commendatarij denuntiationem remittere possunt.
- 61 Titulares quod possunt ratione dignitatis possunt etiam commendatarij.
- 62 Lex canonica generaliter loquens de ordinarijs commendatarios continet.
- 63 Ordinarij appellatione venit Vicarius Episcopi.
- 64 Denuntiationes remittere potest Vicarius Episcopi.
- 65 Vicarius Episcopi exclusus nunquam cõsetur, nisi expressim exclusus appareat.
- 66 Episcopi mentione includitur Vicarius.
- 67 Monitionum dispensatio non minoris momenti est, quam causarum matrimonialium cognitio.
- 68 Monachij opinio, an Vicarius Episcopi possit remittere denuntiationes.
- 69 Episcopi arbitrio datum est denuntiationes remittere.
- 70 Dispensationes magni momenti dicuntur.

Ardua

- 71 Ardua & graua delegari non possunt.
- 72 Dispensatio denuntiationum, grauem causam continet.
- 73 Vicarij potestas generalis non includit potestatem dispensandi.
- 74 Vicarius Episcopi ordinarius dicitur, in his que ad ordinariam pertinent iurisdictionem.
- 75 Matrimonialium causarum & dispensationum in denuntiationibus faciendis, differentie ratio.
- 76 Dispensandi facultas in denuntiationibus commissa fuit a S. C. Tridentino prudentie ordinariorum.
- 77 Prudentia vniuscuiusq. personalis est.
- 78 Dispensatio denuntiationum a S. C. Tridentino prudentie & iudicio ordinariorum relicta est.
- 79 Industria persona electa censetur, cum id mandatur quod certa regula diffinitum non est.
- 80 Ordinarij electa industria in eo quod mandatur, ad vicarium non transit.
- 81 Episcopi vicarijs suis expressam facultatem remittendi denuntiationes concedere possunt.
- 82 Denuntiationem remittendi facultas in generali mandato non venit.
- 83 Vicarius generalis Episcopi denuntiationes remittere potest, non officialis vel vicarius foraneus.
- 84 Matrimoniales cause delegate per Roma. Pö. ti. subdelegari non possunt.
- 85 Matrimoniales cause graues dicuntur.
- 86 Denuntiationes remittere Archiepiscopus in Episcopatu suffraganeo, non potest.
- 87 Parochus proprius iuxta S. C. Triden. in matrimonio interuenire debet.
- 88 Parochus proprius quis dicatur.
- 89 Parochus proprius dicitur, is, in cuius parochia matrimonium celebratum.
- 90 Parochus ruralis non dicitur proprius parochus.
- 91 Parochi duo simul dari possunt.
- 92 Habitatio equalis, duos parochos habere potest.
- 93 Matrimonium nullum est illius, qui ad alienam parochiam se transfudit.
- 94 Vagabundi qualiter matrimonium contrahunt.
- 95 Parochus proprius ubi interesse non potest matrimonio, aliu loco ipsius substituere debet.
- 96 Parochus ubi interesse matrimonio non potest, cogi an possit alium substituere.
- 97 Parochus qui licentiam confitendi alieno Sacerdoti parochianis negat, peccat mortaliter.
- 98 Parochi licentia ubi datur, expressa esse debet non tacita.
- 99 Licentia que a parochio datur precedere debet.
- 100 Licentia verbalis parochi, an in scriptis dari debeat.
- 101 Parochus proprius si data licentia alicui Sacerdoti moriatur reintegra, an possit Sacerdos assistere matrimonio.
- 102 Excommunicatio lata aduersus aliquos delinquentes, morte excommunicatis extinguitur.
- 103 Licentia de non residendo, morte concedentis extinguitur.
- 104 Licentia Episcopi aliquibus concessa ad suum beneplacitum morte Episcopi finitur.
- 105 Licentia confitendi alieno Sacerdoti, morte parochi extinguitur.
- 106 Opinio auctoris licentiam a proprio parochio datam Sacerdoti, ut matrimonio interfit, morte parochi non expirare.
- 107 Gratia morte concedentis non expirat.
- 108 Licentia concessa fratribus confitendi, non expirat mortuo Episcopo.
- 109 Dispensatio concessa ab Episcopo studendi vsq; ad septimum, non expirat morte Episcopi.
- 110 Licentia concessa ab Episcopo accipiendi ordines, non expirat morte Episcopi.
- 111 Licentia concessa ab Episcopo celebrandi Missam in domo propria alicui persone, non expirat morte Episcopi.
- 112 Indulgentia a legato concessa, illius morte non expirat.
- 113 Parochi presentia, totum facit in matrimonio iure nouo S. C. Triden.
- 114 Presentia ad corpus refertur.
- 115 Presentia parochi & si decepti vel inuiti, sufficit in matrimonio.
- 116 Parochus presens & intelligens esse debet, alia presens dici non posset.
- 117 Presentia parochi scientiam & intellectum includit.
- 118 Parochi presentia in matrimonio requiritur, ut suarum ouium pastor.
- 119 Presentia testium in matrimonio etiam si fortuita sit, sufficit.
- 120 Parochi presentia in matrimonio ita requiritur, ut nedum intelligere oporteat cum quid agitur, sed & ut videat.
- 121 Cecus dignitatem retinet, & testificari potest de his que vidit antequam cecus esset.
- 122 Cecus integer testis non est in his quibus, facile decipi posset.
- 123 Cecus in testamentis & in inuentario testis esse non potest.
- 124 Parochus furiosus matrimonio interueniens non facit iustum matrimonium.
- 125 Parochus contrahentibus matrimonium, an necessario dicere debeat verba: Ego vos coniungo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.
- 126 Sacerdos qui parochi nomine in matrimonio interuenit nulla ab eo petita licentia, an post parochos ratificare gestum possit.
- 127 Lex municipalis vel statutum presentiam alicuius corpoream requirens, si in actu non interfit, ratificatione non validatur actus.
- 128 Parochus & si in sacris non sit, matrimonio interesse potest.

Alius,

- 129 Alius, alia, aliud, repetit similem qualitatem.
- 130 Parochus is proprie dicitur, qui necessaria ad vicium ministrat.
- 131 Parochus & si non sit in sacris, curam animarum habere dicitur.
- 132 Presentia corporalis parochi a S. Con. Triden. desiderata, in eo verificatur qui in sacris non est.
- 133 Parochus nullo in casu clerico qui in sacris non sit, licentiam interessendi in matrimonio dare potest.
- 134 Parochus interessens matrimonio aduersus Episcopi sui preceptum, validum facit matrimonium.
- 135 Parochus qui in matrimonio interuenit aduersus Episcopi sui preceptum puniri potest.
- 136 Matrimonium an contrahi possit legitime coram proprio parochio, in aliena parochia.
- 137 Iurisdictione voluntaria ubiq. exerceri potest.
- 138 Confessionis sacramentalis Iudices, soli ordinarij & parochi esse possunt.
- 139 Confessio sacramentalis a proprio parochio extra parochiam audiri potest.
- 140 Ordinarij vel parochi non possunt concedere licentiam contrahendi matrimonium in aliena parochia.
- 141 Ordinarij extra suam diocesim, & parochus extra propriam parochiam, priuata persona reputantur.
- 142 Denuntiationes in matrimonio tribus continuis diebus f. stinis, in Ecclesia fieri debent.
- 143 Parochus qui malitiose matrimonio assistere non vult, grauius puniri potest.
- 144 Laica persona impediens matrimonium puniri potest.
- 145 Ordinarij dispensare non possunt, ut matrimonium sine parochio & testibus fiat.
- 146 Ordinarij tollere non possunt suspensionis poenam indictam in ca. 1. de reform. matrimo. S. Conci. Trident.
- 147 Suspensionis poena veteri iure imposita aduersus parochos qui clandestinis interfuerint matrimonij, an a S. C. Triden. fuerit sublata.
- 148 Poena a lege noua imposita, poena a lege veteri impositam tollere non censetur.
- 149 Poena suspensionis a S. Con. Trident. imposita, nedum ad officium sed ad beneficium extendi potest.
- 150 Suspensionis poena a S. Con. Trident. imposita, ipso iure imposita fuit.
- 151 Cap. 1. de reforma. matri. S. Con. Trident. antiquas laudabiles consuetudines contrahendi matrimonia, non sustulit.
- 152 Iuris communis leges, a iure communi interpretandae.
- 153 Statuta dubia ab eisdem statutis interpretationem recipiunt.
- 154 Consuetudo dubia ab altera consuetudine declaranda.
- 155 Concilij Sacri Trident. decreta, ab eodem Concilio declarantur.
- 156 Consuetudo laudabilis dici potest, que iuri communi aduersatur.
- 157 Matrimonium contrahentes aduersus S. Con. Trident. formam inhabiles ad contrahendum efficiuntur.
- 158 Contrahentes matrimonium aduersus formam S. Con. Tridenti. iterum seruata forma contrahere possunt.
- 159 Contrahentes matrimonium adstate occulto impedimento iuxta formam S. C. Triden. seruata iterum forma contrahere non tenentur.
- 160 Matrimonia clandestina prohibita ex S. Con. Tridentino, an sponsalia clandestina comprehendant.

DIFFERENTIA. XI.

CONTRACTVS ET SI CLANDESTINI VALENT MATRIMONIUM IRRITUM EST: subinde multa & frequenter, & quotidiana ex S. Concil. Trident. decretis, profusa declaratione enucleata.



VAMQVAM† dolus, & fraus ex coiecturis presumatur l. dolum C. de dolo. vbi Barto. Bal. Angel. Salicetus & ceteri. Castren. in l. quod nerua num. 3. ff. de positi. atq. idem responderunt multi, quales Corn. consil. 140. nu. 9. lib. 2. Curt. senior cons. 44. col. 10. Ruin. cons. 4. num. 10. lib. 1. Parisi. consil. 75. nu. 31. lib. 1. Crauet. cons. 8. nu. 1. latius Mascard. conclu. 530. nu. 2. Decia. respon. 32. nu. 4. li. 3. Mozi. de contract. ritu. de diuisio. contrac. a nu. 42. Meno. tracta. de presump. li. 5. presump. 3. num. 42. 43. Surd. decisio. 199. num. 9. & rationem reddiderunt hanc, quia dolus, & fraus in animo consistunt, & quid latens est, consequenter nisi coniecturis detegi non potest, d. l. dolum. & Et cum multis interpretates nostri fraudis, & doli praesumptiones referant, praecipue ex veteribus Penna. in l. quemadmodum de agrico. & celsi. li. 1. Co. qui 223. casus in quibus fraus, & simulatio praesumitur recenset; decem, & centum coaceruauit Mascard. in conclu. 531. ex his aliquos reasumit Meno. d. presump. 3. li. 5. a nu. 45. Alciat. tract. de presump. 2. praef. Ioseph. Ludoui. 32. in communi. conclu. 51. Alban. ad Barto. in l. Lucius Titius ff. de positi. Meno. cons. 109. lib. 2. Rimi. cons. 62. lib. 1. Hanc & ad institutum nostrum omnes adferunt, quoties contractus, qui palam fieri potuit, clandestine factus est. Clem. ex grandia. versu. ceterum glos. ibi in verbo occulte de vsur. l. fin. ff. de rit. nup. l. non existimo de admihitra.

ministra. tuto. l. 1. C. de inter matri. glos. in verbo lucem amans, in extra sedes de con. praben. in extra. Ioan. 22. glos. in cap. consuluit in verbo odit lucem, de offic. delega. vbi Felin. num. 20. Roma. conf. 54. num. 5. vbi Mando. ad eum in verbo occulto: Respondet Crauet. conf. 34. num. 11. conf. 115. num. 5. alios plures Mascard. d. conclu. 531. nu. 43. Mozzi. de contract. tit. de diuisio. contractuum. nu. 53. & nu. 61. Damho. in praxi. crimi. ca. 61. num. 120. Bero. conf. 59. nu. 11. lib. 1. Decia. conf. 32. num. 18. lib. 3. Meno. d. præsump. 3. num. 107. Atq. & adeo vera præsumpcio est, vt & rusticos, mulieres, & alias personas, in quibus lex non tam facile vt in ceteris dolum præsumpit, ratione actus clandestine ab eis celebrati, doli etiam suspicionem inducat. glo. in d. l. primā C. de inter matrimo. vbi Bald. num. 2. glos. in l. qui contra C. de incest. nup. fusc. Tiraquel. tract. de retract. conuentio. in proemi. num. 14. & tracta. de pœnit. tempe. causa. 11. à num. 11. Menoch. d. præsump. 3. num. 109. in fine & de actu nocturno qui etiam sinistram præsert suspicionem, attingit aliqua Menoch. in centuria 6. de arbitra. nuper impressa casu. 515. à num. 1. & alios nouissime Surd. conf. 158. à num. 1. lib. 2. Ex clandestino & quoq. & subitaneo recessu, fraus arguitur, & dolum in fugiente, egregie Surd. decisio. 326. nu. 88. 89. post Tiraq. & Menoch. ab eo citatos. Concinit & etiam quod cum incapacibus à testatoribus relicta vbi palam relinquuntur, ea à venientibus ab intestato auferantur, que vtero clam à fisco l. 1. l. non intelligitur l. edito ff. de iur. fis. l. in fraudem ff. de his quibus vt indig. vbiq. interpretes. in hac specie clam id factum intelligitur, quoties non per publicum instrumentum, sed priuatim factum est inter personas ignotas, aut exteras, que id verisimiliter propalare non possent Bart. in d. l. non intelligitur §. tacite & in d. l. in fraudem, Castren. in l. in tacitis de legā. 1. Peregr. tracta. de iur. fis. lib. 3. tit. 19. num. 5. cum ante & post sequen. Et huius casus exempla referunt multa post Tiraquel. Crauet. conf. 131. nu. 2. Plot. in l. si quando nu. 790. C. vnde vi. Gom. in §. ex maleficijs num. 20. de actio.

8 Plane & clam id fieri dicitur vt & supra tetigi, quando id publice fieri potest, & occulto conficitur, vt in matrimonio scribit iurisconsultus in d. l. fina. de rit. nup. d. l. 1. C. de inter. matrimo. titu. de clandesti. de sponsa. lib. 6. cap. 1. de reforma. matrimo. sessio. 24. Mascard. d. conc. 531. num. 43. Menoch. d. præsump. 3. num. 107. qui & illic scribit simile esse in eo, qui non recta & publica via incedit, sed insolita clandestina. l. qui fiscalis

de Nauicu. lib. 11. C. post Bal. Salice. & alios ab eo relatos Crauet. d. conf. 115. Menoch. d. præsump. num. 108. simile in eo qui in aliena contrahit domo, cum in sua possit publice. Anchar. cōf. 385. ad finē Craue. conf. 142. num. 18. Mascard. in citata conclusione 531. num. 44. Decian. d. conf. 21. num. 19. lib. 3. Menoch. d. præsump. num. 109. Mozzi. tit. de diuisio. contract. num. 53. & 61. Alienatio & etiam clam facta dicitur, cum eam quisquam occultat ne aduersario innotescat l. 3. §. fin. ff. quod vi aut clam. Alciat. in l. post contractum ff. de donati. num. 50. Picus, ibidem & Annib. post Barto. nu. 7. Et & clam factum dicitur quoties ita fit, vt ad eos, quorum interest notitia peruenire non possit Barto. in l. 2. C. de his, qui ex publi. ratio Felin. in d. cap. consuluit num. 20. de offic. delega. Decia. conf. 399. num. 19. clam itidem fieri dicitur contractus, qui vbi instrumentum de eo confectum est, occultum remanet, nec publicatur. idem Alciat. d. l. post contractum num. 50. & sequent. Ruin. conf. 128. num. 5. lib. 4. con. 51. num. 15. & con. 149. num. 7. lib. 5. cuius traditionem commendat & probat Menoch. de arbit. iudi. quest. lib. 2. centu. 2. casu. 194. num. 19. & 20. qui post Plotum in l. si quando num. 327. C. vnde vi plurimum in his iudicis arbitrio tribuit. idem esse illic scribit Alciat. quando & per interpositam personam instrumentum conficitur l. si quis integris in fine ff. qui & à quib.

13 Sanè & vice versa, id palam non clam fieri dicitur, quando publice fit, vbi etiam testes adhibentur, & publicum instrumentum conficitur, Respondit Curti. iuni. conf. 64. n. 2. 3. Gomez. in d. §. ex maleficijs num. 21. Ruin. conf. 14. nu. 10. lib. 2. quos citauit Menoch. d. casu. 194. num. 19. ideo tunc fraudem non præsumi omnes citati interpretes docent: sequitur Peregr. tract. de iure fis. lib. 3. titu. 19. num. 5.

14 Hæ autem & omnes interpretum traditiones tunc vindicantur quando cum clandestinitate simul aliæ concurrunt cōiecturæ probabiles, quibus actus fraudulentus & dolosus potest indicari, alioquin & si actus cōfici nulla legis prohibitionē potest, eo solo quod clandestine celebretur nullus, nec irritus iudicari non debet: vnde egregie dixit Imperator in l. 1. de delato. lib. 10. C. quod & non dicitur dolo facere is, qui clam quiddam facit, quod aperte ei facere licuisset, que textum ad hoc citauit vna cum alijs concordantibus Crauet. conf. 332. num. 17. nam nec in fraudem facere quiddam is dicitur, qui suo iure utitur l. quod Reipublicæ l. iniuriarū ff. de iniur. Et quod lege fit permitente dolum & fraudem excludit l. grachus C. de adulte. Parisi.

Parisi. conf. 72. ad finem li. 3. Ruin. conf. 76. nu. 14. li. 2. Soci. conf. 31. ad finem li. 4. Rursus & nec dicitur in fraudē is facere, qui sine fraude eundem actum facere potuisset Igne. post Bal. & alios in authen. ex causa nu. 72. C. de libe. pte. Zuchar. in l. 1. nu. 51. C. qui admitti. quare Barto. in l. post contractum de donatio. in ea questione, an alienatio que clam, & oculte facta fuit, in fraudem fisci facta dicatur nu. 7. tres casus distinguit: Aut inquit, alienatio facta fuit clam, & titulo lucratiuo, nulla tamen precedente causa, vel coniectura admittēdi delictum; hoc casu nō præsimitur alienatio in fraudē fisci facta: rationem & reddit, quia ex eo solo quod quis clam donet, nō præsimitur fraude donare, vel alienare, cum actus donandi, & alienandi sit ex se licitus, & permissus; atq. ideo quomodoconq. & in quouis loco fieri possit: Bartholū sequuti sunt communiter ceteri in d. l. post contractum Alciat. Picus. Aniba. Deci. conf. 235. 2. col. Menoch. tracta. de præsump. li. 3. præs. 124. nu. 41. qui inibi recte infert Imol. in d. l. post contractum male, & perperam a Bart. traditione decessisse, qui ex solo actu clandestinitatis opinetur alienationē in fraudem fisci factam iudicari posse, sine lege, nec ratione aliqua: quem nouissime sequitur fuit Peregr. in trac. de iur. fis. li. 5. tit. de publica. bono. n. 162. vbi etiam inaduertenter dixit, Picum cum Imol. sentire, qui tamen a Bart. sententia nō discedit: & illic fatetur Peregr. Bartolum ceteros sequi interpretes: Et merito ex his, quas modo adduxi rationibus, & quia & in dubio aduersus fiscum sit iudicandum l. non puto de iur. fis. Et si in alijs quam fisco, traditio hæc recipitur, magis aduersus fiscum.

19 Quare & idē Peregr. sui ipsius immemor in eodem tractatu li. 3. tit. 19. n. 6. contrariā docet sententiam; qui scribit eo loci, nō sufficere defunctum clam, & tacite incapaci relinquere, nisi concurrant alia, & inter cetera probari oportet, quod hæres tacite, & clam fidem suam astrinxerit de dando ei, cui testator relinquerat, citat Barto. in l. in tacitis de legā. 1. & in l. non intelligitur de iur. fis. Angel. in l. hereditas C. de his quibus vt indig. Bal. conf. 380. nu. 4. li. 1. Alex. conf. 202. nu. 5. li. 7. Barba. conf. 46. Deci. conf. 311.

20 Secundus & casus Barto. est, vbi donatio clam facta fuit, & concurrat aliqua cōiectura fraudis, veluti graues inimicitie, & tunc fraudem fisci præsumi factam docet nu. 7. quem sequutus fuit Deci. d. consil. 235. Pic. Aniba. Alciat. in d. l. post contractum, & alij quos probat, & sequitur Meno. d. præsump. 124. num. 42.

21 Tertius & casus a Bartulo consideratur,

vbi alienatio clam titulo oneroso facta fuit, existente alia causa, & coniectura admittēdi delictum, & tunc etiam fraudē præsumi docet, dum empor etiam fuerit fraudis particeps, alias reuocationi locus non erit, ibidē n. 7. quem sequuntur Pic. Alciat. Anib. & alij modo relati, & idē Meno. nu. 43. d. præsump. Peregr. etiam in d. tit. 19. nu. 6. & si in alio casu quam Bartoli.

23 Ceterum & prædictæ cōmunes, & recepte sententiæ duobus egregie modis declarandæ sunt. Primus vt ex solo actu clandestinitatis fraus præsumi nō possit, etiā in eo, qui clam aliquid facit, vt tamen alterius fraudem excludat, vim, vel dolum, tex. insignis in l. cum pater §. Titio ad finem ff. de legā. 2. in quo hæc verba: *Nec & videtur dolo fecisse cum fraudem excluderit.* vbi glo. insignis alia adfert iura concordantia: Et respondit Corne. conf. 52. nu. 20. li. 2. eum dolo fecisse nō censeri, qui clam aliquibus renouanciat iuribus, sperans hoc modo nō venturum in compromissum, quod erat facturum, Corn. sequitur Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 27. n. 2. & qui eo loco adiungit, licere haberi iustam causam, vti fraudibus ad excludendū aduersarium ab illius etiam fraudibus, ex sententia glo. in ca. Dominus 23. q. 2. ca. cupientes de electio. in 6. Alciat. sequitur alia adferens exempla Meno. tract. de præsump. li. 5. præs. 3. nu. 37. 38. 39. 40. Hinc & quoq. Picus scripsit in d. l. post contractum nu. 55. non præsumi dolum, aut fraudem in eo, qui clam aliquid fecit quod facere poterat, timens ne, aut a tyrano, vel ab agnatis, & alijs impediretur actum facere, vbi id scirent.

27 Secundo & declara vt in his casibus, in quibus clandestinitas actum irritat, oportet clandestinitatem deducere, & allegare, alias Iudex nullam illius rationem habere cogitur. Alexan. conf. 88. nu. 12. li. 5. Craue. qui alios conf. 258. in fine, Tob. Noni. conf. 24. n. 20.

Ex his liquet contractus clandestinos non eo quod clandestini sint, irritari posse: vt ex multis resoluit Surdus consil. 158. a nu. 16. vers. Parum me mouet cum sequen. li. 2. qui tamen, & si alia adferat, suprascriptas tamen notandas traditiones præterijt. Matrimonium autem & clandestinum eo ipso, quod clandestinum, quia sacramentum, & in his, quæ personas contrahentes, & materiam concernit, Ponti. Maximi. & Ecclesiæ decretis possit declarari, vt dixi fusc. comparatio. 19. ideo factum, quod licet olim matrimonia clandestina valerent, & in hoc communis esset ratio ceterorum contractuum, cum matrimonio; tamen ex S. C. Triden. hodie clandestina matrimonia sublata fuere, quæ nisi duorum, aut trium testium, & parochi presentia fieri

fieri possint d. cap. 1. de reforma. matrimo. fessio. 24. alioquin nulla esse voluit, & irrita omnino.

Scio circa declarationem illius ca. 1. Concil. Tridenti. multa à Neotericis scriptoribus Hispanicis maxime Theologis, & Canonistis scripta fuisse, multas etiam latas declarationes à sacra purpuratorum congregatione; Quare nisi ea pertingam tantum, quæ curiosa indagazione tradita ad illius decreti interpretationem video, quæq. ipse alijs addere (breuiter tamen) ex nostra potero officina.

29 Claustrina & matrimonia dupliciter hodierno iure considerari possunt: primo vbi sine parcho, & testibus vel altero Sacerdote, de ipsius parcho, vel ordinarij licentia duobus vel tribus testibus contrahuntur. Secundo, quoties non precedentibus denuntiationibus præsentem tamen parcho proprio, & duobus, vel tribus testibus: vtrumque casum complexum fuit S. Concilium, sed diuersimodè; nam vbi sine parcho, & testibus, nullum omnino esse voluit, secundo casu minime, vt infra dicam: hæc distinctio aptissima est, quam prior docuit post consilium Azpilcuet. in Manual. Confess. Latino cap. 22. num. 70. & in Hispano cap. 28. quam etiam post alios ab eo relatos sequutos fuit Gutier. lib. 2. pract. quæst. quæst. 4. num. 13. Cõsentit Sanch. de matrimo. lib. 3. disp. 1. n. 4. & 5. vt & modo omittam quatuor illas species matrimonij clandestini, quæ nullius sunt propositi, quas adfert Spinus tracta. de testam. glos. 15. num. 18. 19. 20. & sequent. qui tamen superiore probat ibi num. 22. & 24. Matien. in glos. 1. rubr. tit. 1. li. 5. ordinatio. num. 34. Dida. Pere. in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinatio. Sar. lib. 1. select. cap. 16. num. 7. Riminal. iunt. conf. 691. lib. 6. Salze. in additi. ad Diaz de Luco. in pract. crimi. cap. 73. in vers. Primo ante omnia Viual. in Cand. Aur. tit. de matrimo. num. 85. Diuersimodè & autem clandestinum matrimonium cõsideratur vbi deficiunt parochus, & testes, quam vbi solæ denuntiationes; primo casu omnino nullum est, secundo minime, apertissime hanc sententiam probat tex. ille in d. cap. 1. quatenus cum & de denuntiationibus agit, licentiam concedit ordinario ex causa vt eas remittere possit, quam non concederet, si de substantia forent matrimonij, quemadmodum parochi, & testium præsentia: Nullus exactam huius rei rationem hucusq. reddidit, quæ nõ vna tantum, sed duplex esse potest.

30

31

32

33

Prima & ipsaq. verior omnibus, quod vbi denuntiationes de substantia forent, post matrimonium interuenire non possent, sed in ipso actu adhiberi deberent, cap. auditis iuncto cap. quia propter de electione glo. &

omnes in l. vniuersa C. de præci. imperato. offeren. Felin. in cap. cum dilecta num. 26. de rescrip. Anton. Imo. & ceteri in cap. cum consuetudinis de consuetu. Imo. Paul. de Cast. Roma. Alexan. Areti. & Iass. in l. si quis mihi bona §. iustum ff. de acquir. hæredi. Panor. Anto. & Imo. in cap. cum nos ex. de his quæ fiunt a prælat.

Huic simile est quod de consensu in actu requisito perhibent nostri affirmantes, tunc demum in actu interuenire oportere, quando is per modum autoritatis à lege requiritur, alioquin potest post intercedere: sic Barto. Castren. Imo. Roman. Areti. Alexan. in d. l. si quis mihi bona. §. iustum vbi Iass. dixit communem num. 41. Bero. conf. 73. n. 6. lib. 1. Crauet. conf. 111. nu. 4. Natt. conf. 126. num. 6. conf. 142. num. 3. Soci. iuni. conf. 97. num. 18. lib. 2. post Socin. seni. conf. 87. nu. 3. lib. 1. Neguf. tract. de pignor. 4. mem. 2. par. num. 42.

34

35

36

37

38

firmare

firmare censetur. l. nam quod liquide ad finem, de pæn. lega. l. quæsitum §. deniq. defun. infruc. quamquam & matrimonium quod prætermisissis denuntiationibus fit, clandestinum etiam vt mihi videtur dici possit, nam S. Concilium nihil ex veteri iure in denuntiationibus immutauit, vnde cum eo iure matrimonium clandestinum diceretur, quod prætermisissis fieret denuntiationibus cap. cum inhibito de clandest. desponsa. nihil mirum si & hodie, & si valeat coram parcho, & testibus factum sine illis, nihilominus clandestinum dicatur. Accedat & quod vt supra multorum docui autoritate; is dicitur clam aliquid facere, qui cum posset palam, & publice seruatis seruandis, non id facit; quemadmodum & in nostris terminis de matrimonio loquens ait tex. in l. fina. ff. de rit. nup. l. 1. C. de inter. matrimo. Vnde & non recte satis sensisse videntur duo alioquin eruditissimi Theologi Hispani. Domi. de Sot. in 4. sentent. dist. 28. quæst. vni. arti. 1. & Alfon. de Cast. de iust. hæret. punitio. lib. 2. cap. 18. qui hæc matrimonia non vere clandestina fore negat: ideo

40

41

42

43

44

Ab his & omnibus, quæ aperte ex vero illius cap. 1. de reforma. intellectu eliciuntur, inferitur non recte duos ætatis nostræ clarissimos Iuris Consultos eosdemque collegas, (qui ambo eodem tempore vna cum Tiberio Deciano, Marco Mantua, & Matica, nunc Cardinali amplissimo, in academia totius orbis famigerata Patauina, iura interpretabantur) censisse qui palam responderint, matrimonium omisissis denuntiationibus ce-

lebratum, irritum esse etiam hodie iuxta d. cap. 1. dispositionem: sic enim respondit Cæphal. consil. 421. à num. 1. lib. 3. Meno. consil. 69. num. 70. lib. 1. Domi. Bonfi. inter consil. Menoch. consil. 398. lib. 4. & eidem se subscripserunt ibi Menoch. & Cæpha. & Aloijs Terzachi. priuatim hanc sententiam docentes. Quorum & opinio ex his, quæ dixi defendi non potest, vnde merito ab Hispanicis communiter refellitur Theologis & Canonistis: Rojas in Epitom. successio. ca. 2. num. 22. 23. & sequent. Gutier. tractat. de iura. confirma. 1. par. c. 51. n. 25. & in canoni. quæstio. cap. 19. num. 12. & sequent. & lib. 2. practica. 99. quæstio. 4. num. 13. 14. ante eos omnes Azpilcuet. in Manual. Confessio. cap. 22. num. 70. Sarmien. lib. 1. selecta. interpra. cap. 6. num. 7. Matien. titu. 1. glos. 1. rubri. num. 34. Spin. de testa. glos. 15. num. 24. 25. 26. Segur. in directo. iudi. Ecclesiasti. 2. part. cap. 15. num. 30. & cap. sequent. 16. num. 1. Salzed. fufe ad Diaz de Luco in pract. canoni. cap. 73. Viual. in Cand. Aur. tit. de matrimo. nu. 84. 85. Cardin. Alciat. in manu. scriptis commen. ad d. cap. 1. in verbo *Qui aliter quam, vbi*, scripsit denuntiationum solemnitate de his fore, quæ remitti possunt, & ideo de substantia matrimonij non esse Casualca. qui sic Romæ declaratum affirmat in reper. decisio. 1. part. verbo. matrimonium sine denuntiationibus. Neque nunc oportet de veritate huius articuli disputare quoniã non semel, sed pluries a sacra Cardinalium congregatione pro hac fuit opinione facta declaratio, & interpretatio d. cap. 1. quæ nunc scripta cum alijs multis legatur. Et post hæc scripta late Sanch. de matri. li. 3. disp. 1. & 5. à nu. 1. vbi multos in hanc citat sententiam.

45

46

47

48

circæ

circa primum credebant domini, non posse impleri per aliud equipollens quam expressum: nam regulariter quando quid requiritur pro forma, debet adimpleri in forma specifica, adnotata in l. 1. & in l. gallus §. & quid si tantum de liber. & postu. Et decretum processit annullando, & distinde loquitur, ut non sit opus aliqua suppletione: Quod patet nam licet de iure idem esset quod parochus matrimonium celebraret, & in esse deduceret, vel alias de licentia, tum ratione iurisdictionis tum ratione impedimentorum ad regulam, qui per alium facit de reg. iur. l. 1. in princi. de vi & vi arma. tamen non contentum decretum hac legis interpretatione, nec aliqua in hoc aliorum suppletione opus esset, expressit illud de licentia, unde excludit alia equipollentia, maxime cum, nulla possit dari, que ita aequiueat in hac materia, sicut hoc ipsum de licentia, & videtur sustulisse difficultates, que quotidie orta fuissent in hoc, nam forma est proprius parochus, materia est consensus.

Ceterum dato quod possit impleri per equipollens, dico in hoc casu non conuenire: nam quid ille equipolleat tractatus matrimonij per aliquot tempus in presentia patris, uxoris, & multorum, que propterea videntur tollere clandestinitatem, que fuit finis, ut proprius parochus requireretur; secundum ex aduerso informantes, vel secundum alios, propter probationem matrimonij: Nam presentia parochi non videtur inducta, nec ad tollendum clandestinitatem, nec inducendum probationem, quin potius voluisset plures testes requiri, & alia si hoc fecisset, non autem se restringeret ad proprium parochum: unde sat est, quod requiritur pro forma, & quo magis est voluntarium eo magis adimplendum in forma specifica, adnotata in d. §. & quid si tantum. Non obstat, quod parochus rurali, fuit dictum a patre uxoris, quod poterat matrimonium sine aliqua suspitione celebrare; quoniam hoc non inducit equipollens, nec tenebatur ei credere ad finem validitatis matrimonij: si querat postea que nam fuerit ratio, quod decretum requisierit celebrationem parochi, reiecta ratione clandestinitatis, dicebant eam esse quod tale sacramentum non debebat ab alio celebrari, quam a sacerdote sicut alia sacramenta a sacerdotibus prestantur, verum quia non poterat ab extraneo ratione iurisdictionis, ideo a proprio debuit, iuxta l. extra territorium de iuris: omni iudic. Huic rationi non satisfiit per alium equipollens, quam subnexum ab eodem decreto, hoc est ab alio sacerdote de licentia parochi: Nec placet ratio adducta in fauorem Dionora, quod erat absurdum, quod sacerdos proprius denuntiaret, & ad eum deuenirent impedimenta, & alius celebraret matrimonium, qui hac non sci-

ret: Nam ea attenda sequeretur, quod sicut ex interpretatione sacre congregationis est, denuntiationes possunt remitti, per consequens hoc quoque possit, & hinc constat quod ratio presentia parochi non est ut tollatur clandestinitas, quoniam sicut remittuntur denuntiationes quando aliunde factum est notorium, ita tolleretur hac forma presentia parochi, sic ferre nunquam locus esset annullationi contractus, Ex quibus die 27. Februarij 1580. pronunciatum fuit pro inualiditate matrimonij: Hucusq. decisio Rotæ celebris.

49 Sanè & denuntiationes prætermitti posse ex iusta causa ab ordinarijs, textus idem in d. ca. 1. statuit: Iuste & vero causæ multæ ab interpretibus adferuntur: eas recensent. Palud. & post eum Domi. de Sor. in 4. distin. 28. quest. 2. arti. 3. Botte. tracta. de Sino. Episco. 3. part. arti. 1. potissimæ hæ sunt; quando nobilis cum ignobili, vel conuerso, matrimonium contraheret; Aut pauper cum diuite, honeste vitæ vir cum turpi & infami, præcipue vero ordinarius hanc concedere licentiam poterit, vbi ante Sacrum Conciliū nullus in loco denuntiationū vsus erat, sic scripsit Azpil. in Manua. Confes. cap. 22. num. 70. Salzed. late. d. cap. in verbo dispenfet: idem vbi quis contraheret matrimonium in mortis articulo Sarmien. d. cap. 6. num. 7. Segur. in direc. iud. Eccles. 2. par. cap. 16. nu. 4. Denique quoties iusta causa subest, quæ ordinarij relinqui arbitrio potest Gutier. lib. 1. cano. quest. cap. 19. num. 2. & cap. 20. num. 24. 50 Meno. de arbit. iudi. qq. casu 453. nu. 5. idē & iudicandum vbi matrimonium malitiose posset impediri d. cap. 1. ibi in versu. Quod si quædo: quibus verbis ut hoc obiter animaduertam, excluditur animus impediendi iustus, idest is, quo secundum iuris regulas matrimonium potest valide impediri; qui ergo non iuste impedire potest, is malitiose facere diceretur argu. tex. in l. 1. §. huius ff. de offi. eius l. qui testamento §. mulier ff. de testamen. & considerauit Gutier. in cano. quest. c. 20. n. 12. & ante ipsum aperte qui multis ornat Cæpha. d. conf. 321. num. 21. 22. 23. 24. lib. 3. latissimè Sanch. de matrim. lib. 3. disputa. 7. 8. & 9. 51 Planè & Sacrum Concilium in eo cap. 1. nō declarat quibus vere an malitiose animus impediendum detegatur coniecturis; vnde recte facturos ordinarios existimo, si iusiurandum præstent impediendum, quo iurare eos cogant non malitioso animo se impedimenta adferre, & propalare; animus enim nisi iuramento probari non potest, Bart. in l. admonēdi n. 9. de iur. iur. Alex. n. 19. Meno. qui multos refert de arbi. iudi. questio. lib. 2. casu. 241. nu. 4. & casu 186. nu. 3. 4.

Nam

53 Nam & creditoris etiam iuramento statuitur, vbi debitorem de fuga suspectum dicit, quia illius animus, & suspitio iureiurando probatur ad glos. ibi omnes in §. sed iste instit. de actio. Menoch. de arbitra. iudi. quaest. qui multos refert lib. 2. casu. 87. num. 1. 2. & sequent. quod & si nolint iurare impediendum matrimonium, denuntiationes continuabuntur: si vero iurauerint breui impediendum concessio termino ad impedimentum probandum, interim denuntiationes conquiescent, non probato vero, Iudex Ecclesiasticus perficere denuntiationes parochum iubebit, quemadmodum post Preposi. animadmerit Segur. in directo iudi. Eccles. 2. part. cap. 16. num. 26. 54 Displicet & autem omnino quod ille eo loci scribit, calumniatorem præsumi illum, qui intra concessum terminum ad probanda impedimenta, non ea probauit, vera enim traditio non est, & sufficit impediendi iurasse se non calumnia, vel odio impedimenta institueret, etsi subcumbat, vel non probet perfecte; cum inopia probationis plerumq. citra agentis culpam deperat; ideo & calumniæ iuramentum sinistram excludit præsumptionem l. 1. & tit. C. de iur. iur. prop. calum. dan. 55 huncq. & iuramentum hoc parit effectum, ut præsumptio illa calumniæ sublata omnino, & extincta iuramento censeatur, ut eadem ipsa glos. quam Segur. adfert aperte docet in d. cap. fina. de calumniato. verbo calumniandi in versu. Sed qualiter probabitur: & expressim cum glo. Claud. de Seyfel. in l. gallus nu. 25. versu. Tertio fallit ff. de vsuca. Neuizan. in Syl. iur. nu. 53. Maria. Soci. in rubr. ex. de iuramen. calumniæ in extremis verbis. 56 Ordinario & tantum facultas facto decreto cōceditur remittendi denuntiationes, atq. ideo cū Abbates ordinarij sint & habeant iurisdictione quasi Episcopale, & possint omnia regulariter, quæ Episcopi in sua diocesi, circa ea quæ sunt iurisdictionis iuxta glos. solemnē, quæ inibi cōmendant Bonifa. & reliqui, in Clementi. 1. verbo proprij de rebu. Eccle. non alienan. quæ dixit singularē Azpil. in conf. 5. tit. de spōsa. n. 4. poterūt denuntiationes remittere Azpil. supra: Et illic & non tantum Sacri Concilij decretum extēdit ad Abbates titulares, sed & ad Cōmendatarios, ut hi etiā possint denuntiationes ex causa remittere: Duplici mouetur ratione prima; quia quidquid potest titularis ratione dignitatis; potest illius Cōmendatarius Panor. in e. quærellā de electio. & qui cum refert, & sequitur Deci. in c. edoceri de res. tū & secundo, quia cū decretū Cōcilij de ordinarijs loquatur indiffinitè, regula vero indiffinita vniuersali equipollet. glo. cōmuniter recepta in

ca. vt circa de electio. Abbas autē Cōmendatarius, ordinarius dicatur glo. & tex. in c. ordinarij de offi. ordi. in 6. rubr. de offi. ordina. iuncto tex. in cap. cum ab Ecclesiarum prælati eod. tit. id etiam poterit concedere. 63 Ex his & sequitur quod cum ordinarij appellatione veniat etiam Episcopi Vicarius poterit & is in vim dicti verbi denuntiationes remittere si sibi videbitur expedire; quod autē ordinarius dicatur, cōsuetur multi, glo. in primis in cap. Romana in verbo generaliter ibi multi, de appellatio. in 6. & glo. in c. tua in verbo vicarij de offi. vica. Panor. in c. quoniam n. 3. ex. ne præla. vices suas, & in c. fi. n. 2. de fide instrum. Feli. in rub. de offi. deleg. nu. 4. Bero. n. 12. 13. Iass. in rub. de offi. & c. n. 2. post Alex. n. 17. Calepha. n. 48. Anto. de Per. tract. de iuris. Episc. c. 6. nu. 44. Dida. in pract. c. 4. nu. 7. & lib. 3. var. resol. c. 20. nu. 4. & alijs innumeris relatis refert hanc communē. Bene eruditus Jacob. Sbroz. tract. de vica. Episc. lib. 2. q. 55. a nu. 1. vsq. ad finem, qui fufe ad vtramq. partem contrarijs respondens, & q. 43. eundē libri egregie Paris. tract. de relig. na. benefi. li. 3. q. 11. in 19. Vnde posse Vicarium Episcopi denuntiationes remittere prædicta ratione censuerunt post cōsiliū Caua. decis. 29. nu. 17. 1. par. Sic se iudicasse refert, illiusq. sententiā cōfirmatā fuisse postea: sequitur eandem Clau. Bertaz. ad conf. Bertaz. 287. in fine, & hōs sequuntur est Sbrozi in tract. de Vica. Episc. li. 3. q. 201. a nu. 1. & quaest. 43. num. 27. 28. & nouissime Sanch. de matri. lib. 3. disputa. 7. num. 12. & seq. 65 Qui hanc & subiungit rationem in tuitio-nem huius opinionis, quia inquit Concilium Tridenti. alias volens excludere vicarium a potestate concessa Episcopo, loquitur taxatiue vicarium expressè excludens; qui nisi excludus fuisse, inclusus sub Episcopi nomine cense-retur in cap. 6. sessio. 24. in verbis illis; Episcopis non eorum vicarijs sit permissum; cum & & regulariter facta de Episcopo mentione includatur vicarius, iuxta Feli. traditionē in c. si quis cōtra n. 5. de foto cōpeten. Hæc ipsam sententiā aduersus Meno. defendit nouissime Salz. ad Diaz. de Luco. in prac. cano. c. 73. versu. Sed dubiū. Mouetur, & quia nō magis refert monitionū concedere dispensationē, quam grauissimas matrimoniales causas decidere & terminare, quod vicarius potest iuxta cōmunē sententiā, ut multis relatis ostendit. Cuch. in institu. cano. titu. de Episc. n. 123. Salz. supra & innumeris ad id citatis, idē Sbrozi. d. tract. lib. 2. c. 43. nu. 2. versu. Sed contrariā: certe & difficilis apud me quaestio est: vt non immeritō Menoch. conf. 69. n. 55. lib. 1. aperte contrarium doceat, nō hoc vicario licere Episcopi. Cephal. sequitur Meno.

O 2 conf.

conf. 422. num. 72. lib. 3. quorum quanta sit
 69 autoritas nemo ignorat: Menoch. sequitur
 & refert Pazi. in pract. par. 2. cap. 3. num. 11.
 Mouetur tamen Menoch. & ceteri, quia cum arbi-
 trario Episcopi datum sit denuntiationes omitti-
 70 re, & in illis dispensare, delegari nulla ra-
 tione arbitrium nequit; ex communi Barto.
 sententia, Bal. Angel. Iasson. & omnium in l.
 a. Indice C. de iudi. fufe Menoch. de arbitra.
 iud. quest. lib. 1. q. 54. num. 2. 3. Secundo tamen
 mouetur quia dispensatio maximi ponderis
 est, vbi vero graua, & ardua mandantur a le-
 ge, vel Principe, delegari nequeunt; nostri in
 l. 1. ff. de offic. eius & in l. more maiorum de
 iuris. om. iud. idem Menoch. de arbitra. iud.
 71 quest. q. 68. num. 15. & d. quest. 54. num. 11.
 Grauem tamen vero; & insignem esse dispensatio-
 nem in omittendis denuntiationibus, vel ex
 eo colligitur, quod tamen de matrimonio cele-
 72 brando, vel dissolueno agatur, cuius quam
 grauis sit cognitio multis ostendi lib. 1. co-
 73 paratio. 8. & comparatio. 16. Addit tamen Pazi,
 in tutionem alteram rationem, quia (ait)
 sub generali facultate vicario mandata, non
 transit dispensandi facultas cap. quoad trans-
 lationem de offi. lega. glos. in cap. quae de causa
 2. quest. 4.
 Rationibus autem quibus Caua. Sbrozi, &
 Salzed. mouentur facile responderi potest:
 Primum quod Vicarius Episcopi dicitur ordi-
 narius, & venit ordinarij appellatione, & si
 veram esse traditionem concedam, quae ta-
 men tam ambigua est, vt alia sit, aduersus
 quam tenere multi ex veteribus & nouissi-
 mis, quos refert idem Sbro. d. quest. 55. n. 1.
 cum sequent. Parisi. tracta. de resignatio. be-
 neficio. lib. 3. quest. 11. nu. 19. Respondetur tamen
 74 tamen, ordinarij dici in causis ordinarijs,
 secus in his, quae ab arbitrio Episcopi, & il-
 lius dispensatione dependent, nam haec in
 eum non transeunt, vt supra. Nec obstat se-
 cunda consideratio Sbrozi. Concilium exclu-
 sisse vicarium expressse in cap. 6. sessio. 24.
 de reforma. qui inclusus fuisset nisi sic Con-
 ciliū scripsisset: nam non sequitur ita illic
 factum, ergo in ceteris secus: Et in contra-
 rium retorqueo argumentationem; illic ex-
 clusit Concilium vicarium in re graui heresis
 scilicet absolutione, ergo idem in ceteris
 grauib; & si nihil dictum sit censendum est;
 causa autem matrimonialis grauisima est vt
 supra, praeterea tex. ille non loquitur de his,
 quae arbitrio, & prudentiae ordinarij comissa
 sunt, quae in alium transire non possunt; at
 monitionum omisio in ordinarij arbitrium
 collata est.

75 Neq; tertia ratio oberit a Salzed. ad-
 ducta; quoniam summa, & maxima differen-
 tia ratio est inter causas matrimoniales, &

dispensationem de qua agimus, quia in illis
 nihil arbitrio relicum fuit, sed prout iure
 matrimonium tenet, aut non, ita iudicandum
 est, secus in hac specie. Extremo mihi mul-
 tum superior sententia placet his rationib;:
 76 Prima tamen quia video consilium dispensandi
 facultatem ordinarijs relinquisse, & illorum
 77 comisisse prudentiae; ceterum tamen prudentia
 vnus idest Episcopi, in vicarium transire non
 potest, quia personalis sit cap. de innitatis de
 constitu. & ideo verba haec, vbi posita sunt,
 viri boni arbitrium indicant Iass. in l. si sic
 num. 9. delega. 1. Menoch. de arbitra. iud.
 78 quest. quest. 8. num. 26. 27. quoniam tamen Con-
 ciliū non tantum prudentiae dixit, sed & iu-
 dicio; iudicium autem ibi non de iurisdi-
 ctione intelligitur, sed pro discretionem su-
 mitur, glos. in l. cum prator §. fina. verbo. iu-
 dicio ff. de iudi. ostendit Menoch. de arbitra.
 79 iud. quest. lib. 1. quest. 8. num. 17. qui tamen recte
 quidem alibi, eo lib. 1. quest. 68. num. 13.
 Felin. Crauet. & aliorum autoritate ductus,
 scribit, electam ceteri industriam personae,
 cum id mandatur, quod certa regula diffini-
 tum non est, sed adesse & abesse se habere po-
 test, sicut & Concilium in hac specie voluit om-
 80 nia ad arbitrium ordinarij referre; si tamen igitur
 electa fuit personae industria, nequaquam vica-
 rio licebit, quod illius Episcopo hoc modo
 conceditur. c. si quis de offi. delega. c. is qui
 de offi. delega. in 6. Alex. in l. 1. in prin. vbi
 Iass. n. 6. Seyfel. 3. notabi. de offi. eius Meno.
 qui alios de arbi. iud. q. li. 1. q. 54. n. 7. & 11.
 & in terminis de vicario Episcopi, Meno.
 conf. 69. num. 55. lib. 1. Caphal. & alij citati
 ab Sbroz. tracta. de Vicar. Episcopi. lib. 2. quest.
 43. num. 11. 12. & 19.
 81 Ceterum tamen si superiorē cum Caua. Sbroz.
 & Sanch. tenere quisq; velit opinionē decla-
 rabit duob; modis; primo vt procedat quo-
 ties ab Episcopis vicarijs suis conceditur ex-
 pressa, & specialis facultas cognoscendi de
 80 causis matrimonialib; , & huiusmodi moni-
 tiones remittēdi, alias tamen in generali mādato
 non veniēt c. quo ad translationē de offi. de-
 leg. & probat tex. in c. accedētib; ex. de ex-
 ces. pralato. glo. in ca. quae de causa. 2. quest.
 4. Rebuff. in praxi. benefi. titu. de forma. vi-
 cari. num. 44. 155. 179. Azpilcu. in Manna.
 cap. 27. num. 255. Dida. lib. varia. resolutio.
 2. cap. 5. num. 9. Spin. tracta. de testa. glof.
 15. num. 29. Sbrozi. tracta. de Vicari. Epif-
 82 co. lib. 2. quest. 44. a num. 2. & seq. qui ini-
 bi ad haec ponderat Concilij decretum in
 capit. 20. sessio. 24. de reformatio. nam vt
 ille, quemadmodum nec vicarius causas
 criminales sine speciali mandato expedi-
 re potest, sic nec matrimoniales, quae cri-
 minalibus equiparantur, vt dixi supra op-
 timum

timum igitur erit Episcopis ad vitandam
 superiorem sententiam si in mandato vica-
 rii concessio non eis facultatem dispensan-
 di largiantur.

83 Secundo tamen declara procedere superiorem
 traditionem in Vicario Generali Episcopi,
 secus in officiali, vel vicario foraneo alicuius
 partis diocesis: nam & si is dicatur etiam vi-
 carius proprie in ea parte in qua vices Epif-
 copi gerit, iuxta glos. in Clemen. 2. verbo
 foraneos de rescrip. Bertac. tracta. de Epif-
 co. parte. 8. lib. 4. titu. de Vicari. Episco. nu.
 17. cum alijs multis nouissime ab Sbroz. coa-
 ceruatis d. tracta. de Vicar. Episco. lib. 1. q.
 20. a nu. 1. tamen non gerat vices Epif-
 copi sui in eodem loco, in quo Episcopus,
 non dicetur proprie vicarius illius, quam ra-
 tionem reddidit Barto. in l. 1. ad finem ff.
 quis & a quo. Dida. in practi. qq. cap. 4. nu. 8.
 Spin. d. glos. 15. num. 29. Menoch. de arbitra.
 iud. quest. lib. 1. quest. 12. num. 5. fufe
 Sbroz. d. quest. 20. num. 3. vbi extendit vno
 modo, & tribus declarat, ad quae lectorem
 reijcio.

84 Tertio declara tamen in causis matrimoniali-
 bus ordinarijs, secus in delegatis a Summo
 Ponti. quia tales vicarijs subdelegari non
 possunt, cap. accedentibus iuxta communem
 illius intellectum de excess. pralato. d. cap.
 20. sessio. 24. de reforma. matrimo. Panor.
 in cap. si pro debilitate num. 4. Felin. num. 4.
 de offic. deleg. Sbrozi. d. quest. 43. num. 9. &
 10. cum sequen. Ea tamen vtuntur ratione, quod
 causa matrimoniales graues dicantur. glos.
 in cap. mulieres de iur. iuran. dixi supra: in
 grauib; autem personae industria electa ce-
 setur cap. is qui de offic. deleg. vbi vero eli-
 gatur personae industria delegatio prohibe-
 tur, dixi supra, ita fiet vt causa huiusmodi vi-
 carijs delegari non possint: Sciendum tamen
 85 quod licet Episcopus sit ordinarij in
 tota diocesi, Archiepiscopus tamen non ta-
 lis est, ideo in alterius Episcopatu denuntia-
 tiones remittere non potest, quoniam nisi
 in causis appellationum, & alijs paucis a iure
 expressis, iurisdictionem in suffraganeos ha-
 bet. cap. pastoralis de offi. ordina. sic nec po-
 terit licentiam contrahendi concedere, ani-
 maduertit Spin. tracta. de tes. glof. 15. nu. 38.

86 Parochus tamen proprius iuxta Sacrum
 Concilium interuenire debet in hoc matrimo-
 nio, Quis vero proprius dicatur inquire-
 dum est. Licet is tamen proprie dicitur in cuius pa-
 rochia contrahentes domicilium habent ca.
 omnis vtriusque sexus de senten. excommu-
 ni. cap. cum super de sepultu. cap. is qui de
 sepultu. in 6. vbi que omnes, Gutier. in cano.
 87 quest. lib. 1. cap. 27. num. 24. Quare nec ve-
 teri iure ante Sacrum Concilium licebat alic-

88 no parochus nuptias contrahentium benedi-
 cere in cap. fina. de clandest. de sponsa. vbi
 Panormit. qui num. 7. rationem reddit, quia
 alienus parochus conscius esse nequit impe-
 dimentorum, quae in loco, & proprio domi-
 cilio facile omnibus innotescere possunt, &
 multae in dies fraudes si hoc liceret fierent: id
 ipsum scribit Innocen. illic ante Panormita.
 Butri. Cardinal. Praeposi. & ceteri Mar. de-
 cissio. 715. 2. par. Azpil. in Manua. Confessio.
 cap. 25. num. 144. idem conf. 52. num. 1. & 2.
 tit. de sponsa. Bonfi. inter confi. Meno. conf.
 398. num. 6. & 7. lib. 4. Menoch. eodem conf.
 nu. 15. Caphal. eodem conf. n. 21. Azpil. ibi-
 dem, idem responderunt erudite duae con-
 gregationes fratrum minorum de obseruan-
 tia a num. 25. & Iesuitarum a nu. 35. Aloyfi.
 a numer. 41. omnes enim ij in eodem con-
 suluerunt casu infra dicendo, docuere etiam
 Triuisan. decisio. 23. a num. 1. lib. 1. Salzed.
 & Segur. supra citati. post haec scripta fufe
 Sanch. de matri. lib. 3. dispu. 19. a n. 1. cu seq.
 89 Ex quibus tamen inferitur ad institutum Sacri
 Concilij, quod si quisquam in alterius paro-
 chia contrahat is proprius parochus dicitur
 in cuius parochia matrimonium celebratur,
 si vir ad contrahendum cum muliere in illius
 parochia accesserit proprius dicitur, & con-
 uerso ordine; sic mentem Concilij declarauit
 sacra Illustrissimorum congregatio quando
 vir & mulier sunt diuersarum parochiarum,
 vt refert Azpil. in dictis locis. & Triuis. de-
 cif. 23. num. 1. lib. 1. Sanch. supra.

90 Secundo tamen inferitur parochum ruralem non
 esse proprium parochum quando rus, vel re-
 creationis gratia habitatur, aut ad paucos
 dies tantum incolitur cap. is qui de sepul. li.
 6. cuius tex. autoritate hoc ipsum docue-
 runt Menoch. Caphal. Bonfi. Azpilcu. con-
 gregatio fratrum minorum, & Iesuitarum
 vbi supra: Qui cum diligenter rem hanc de-
 clarent videndi sunt; constat etiam & Ro-
 ta Romana decisione id idem iudicatum fuisse,
 quam impressam cernere licet apud Me-
 noch. supra: quam & ego in manu scriptis
 habeo in Menochi, altera etiam conspicitur
 quam ego credens eysiam ab eo non fuisse,
 ad longum retuli; an scilicet in illa floren-
 tina in qua viri citati eruditissimi consul-
 uerunt, forma per aequipollens possit adim-
 pleri.
 91 Tertio tamen inferitur, duos simul proprios pa-
 rochos quoad dictum effectum posse repe-
 riri; vbi quis dimidia anni parte in vno loco,
 & parochia, altero dimidio in altera domi-
 cilium habet: tunc aequaliter sic inhabitans
 duos proprios potest habere parochos cap.
 cum quis de sepultu. lib. 6. argu. l. assumptio.
 §. fina. ad municpa. Biel. & Palud. in 4. dif-
 tinct.

- 98 tinct. 17. quæst. 4. artic. 2. conclus. fina. Angel. in Sum. verbo confessio. in 3. num. 12. respondit prædicta congregatio fratrum minorum supra, nu. 33. in verbo confessio quæst. 12. num. 10. idem respondit Bonfi. num. 7. qui alios sequitur & congregatio Iesuitarum num. 40. Segur. in direc. iudi. Eccles. cap. 15. nu. 47. 2. par. Salzed. ad Dia. de Luco. ca. 73. versi. Decimo quinto. Sanch. de matrim. lib. 3. disputa. 19. num. 1. 2. & seq. Ratio & quid est, quod æqualis habitatio duos etiam Parochos habere potest, ubi vero inequalitas habitationis datur, maioris temporis pars eum facit proprium parochum, in quo habitatio fit. argu. tex. in l. 1. §. etate ff. de aqua quoti. & asti. respondit congregatio Iesuitarum supra nu. 36. 37. 38. Cephal. num. 23. 24. Meno. n. 16. 17. Bonfi. num. 7.
- 99 Quarto & inferitur, nullum iudicandum esse matrimonium eorum, qui in alienam parochiam se trãtulerint, & matrimonium contrahunt, non enim tantum habitatio, sed & domicilium principaliter consideratur in d. cap. cum quis Panormi. in ca. in nostra n. 10. de pœnitent. Aloyfi supra num. 42. 43. Cephal. num. 23. 24. Azpil. in d. conf. 52. num. 2. tit. de sponsa. & conf. 2. de clandest. de sponsa. Menoch. num. 18. & in singulari casu resoluit Triuisan. decis. 23. lib. 1. ubi & declarat quot annis domicilium constituitur. Quid vero & obseruandum sit in vagabundis & his, qui nullam habent sedem, veluti mercenarijs famulis, ubi matrimonium contrahere volunt, docet Segur. supra & cum eodem Salzed.
- 95 Quod & si proprius parochus interesse nolit, vel non possit illius licentia exquirenda est, ut alium inuice, & loco Sacerdotis substituat d. cap. 1. cogi igitur non poterit alium substituere, hoc enim innuit licentiæ nomen l. non omne de reg. iur. Barto. in l. 1. nu. 48. 49. C. de Sacro. Ecclesi. Deci. in l. in actionibus num. 11. de in litem iuran. Menoch. qui alios tracta. de arbi. iud. quæst. lib. 1. quæst. 8. num. 46. Opinor & autem nolentem ipsum matrimonio alioquin licito interuenire, cogi posse per superiorem ordinarium, quoniam parochus Sacramenta parochianis inuitus ministrare cogitur ex debito officij, quemadmodum post vetera Ecclesiæ decreta Concilium statuit in cap. 4. sessio. 21. & in plerisque illis locis: proprie in nuptijs benedicendis d. cap. in versi. Statuitq. benedictionem a proprio parochus: unde si non possit vel nolit alium substituere, cogi potest: Quinimo & S. Tho. in 4. senten. distin. 17. q. 3. art. 3. quæst. iucula 4. quæ refert Azpil. col. 19. n. 6. tit. d. pœnitent. & remissio. docet, peccare parochum, qui licentiã cõfiteri alieno Sacerdoti parochianis negat.
- 97

Licentia & antè expressa esse debet, quæ a parochio datur, nam tacita non sufficeret, sic scribit Meno. de arbi. iudi. quæstio. casu 453. num. 13. 14. idem Meno. conf. 398. num. 15. lib. 4. quo loci testatur sic congregationem Concilij declarasse fuisse Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 35. nu. 1. & 2. præcedere & quoque licentia debet, neq. si post actum peteretur prodesset l. si quis mihi bona. §. iustum de acquir. hæred. authen. licentia C. de Episcopo. & cleri. nam, quæ de substantia sunt in eodem actu interuenire debent, dixi supra versi. Prima ipsaq. verior cum sequen. Et hanc ante me opinionem docuit Salzed. d. cap. 73. versi. Decimo tertio, quæ mihi verissima videtur. Nam eodem cap. 1. manifestè probatur, verbis illis; *qui aliter quam præsentem parochio, vel alio Sacerdote de ipsius parochi licentia*: licentiam his verbis præcedere iubet; cum si sequeretur non in parochi præsentia, vel Sacerdotis ab eo substituti factum diceretur, nisi fictione quadam, quæ omnino illis verbis exclusa est. l. coram Titio. de verbo. signifi. præterea & consilium simultaneum esse voluit parochi, & testium concurrentium, sic si post celebratum matrimonium licentia sequeretur non factum matrimonium coram parochio nec Sacerdoti illius loco dici posset.

100 Sed & an hæc licentia verbalis sufficiat, an in scriptis esse debeat dubitari potest: in qua hæsitacione Azpil. in d. conf. 41. tit. de sponsa. a nam. 1. multis argumentis probat, verbalem sufficere: his præcipue; quod omnis actus verbo confici possit, nisi lex expressim scripturam requirat, iuxta glo. ab omnibus receptam in cap. de censi. in 6. Secundo, quia scriptura regulariter non requiritur, nisi tantum ad faciliorem probationem, non ad actus substantiam l. contrahitur ff. de pigno. addit ille ibi, duo vel tria similia notissima: Ego in eiusdem sententiã, adeo, quoniam si Concilium voluisset in scriptis licentiã, id expressisset. l. vni. §. si autem C. de eadu. tollen. c. inter corporalia de trans. prælato. cap. ad audientiam de deci. quemadmodum, & id fecit in alijs casibus in cap. 5. sessio. 25. & cap. 1. de reforma. sessio. 23. unde cum id omiserit verbalem licentiam sufficere iudicandum est, & tenuit nonisime post hæc scripta Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 35. num. 10.

101 Opportune & nunc alterã adnectam quæstionem nouã circa illius capitis primi de reform. matri. intellectum: an data licentia a proprio parochio alicui Sacerdoti, si interim parochus moriatur, possit postea Sacerdos assistere matrimonio, & eos benedicere: Et videtur non posse, quoniam hæc licentia comparatur mandato, mandatum vero reintegratur morte

- 112 morte mandantis expirat. l. mandatũ C. m. da. c. gratũ c. relatu de offi. delega. consequenter Sacerdotẽ assistere non posse post parochi mortẽ, videtur. Secundo & hoc ipsum probatur autoritate glosa in ca. a nobis primo de senten. excõmuni. quæ censuit, excõmunicacionẽ aduersus eos latam, qui furtum committunt, expirare morte excõmunicatis. Tertio & suadetur, quia licentia alicui de nõ residendo concessa, expirat morte cõcedentis glo. in c. penul. quã inibi scriptores cõmẽdat de cleri. non resident. Quarto & accedit singularis traditio. Cardin. in Clemen. dudũ §. deinde de sepul. nota. 5. existimãtis licentiã ab Episcopo datã fratribus prædicatoribus, vel minoribus, vsq. ad beneplacitũ sedis sue, morte illius expirare ca. si gratiose de res. in 6. & argu. tex. in l. si ff. de pœnitent. qua causã interdicitur alicui factum de non exercenda arte sua, morte illius, vel depositõne officij expirare. Quinto & in superioribus terminis de licentia cõstituendi alieno Sacerdoti, expressim docet Panor. in c. si. ex. de offi. deleg. idẽ Panor. in ca. a nobis de senten. excõmu. in 1. ubi Felin. nu. 8. qui tamẽ nihil decidit, qui ibi & Imol. eandem cum Panor. sequi sententiã testatur in Clemen. 1. de sepul. D. Antoni. in 3. par. Sum. tit. 17. ca. 19. Syluest. in verbo confessor. 1. q. 7. Maria. Soci. & si in casu aliquo diuerso inconf. 89. lib. 1. num. 34. Dida. in cap. cum in officijs nam. 8. de testa. Pela. trac. de maiora. Hispa. par. 4. q. 15. n. 9.
- 102
- 103
- 104
- 105
- 106
- 107
- 108
- 109
- 110
- 111

de officio delega. Scribit & indulgentias a legato concessas illius morte non expirare: atq. sic in prædictis, & similibus nostro casibus tenere multũ Archidia. Ioan. Andre. Anron. de Butr. Card. & alij. quos sequi videtur Felin. in d. cap. a nobis num. 8. aduersus Panorm. & Imol. de senten. excõmuni. quos etiam sequitur & probat Alexan. conf. 107. num. 4. lib. 7. Deci. conf. 407. nu. 17. Rebuf. in praxi. tit. de form. dimiss. num. 39. vsq. ad num. 43. Vincen. de Fran. decis. 405. a num. 1. 2. par. & dixere communem multis relatis Hispani. Molin. tractat. de primogen. Hispa. 4. part. quæst. 10. num. 8. 9. Azpil. in d. cap. placuit num. 161. de pœnitent. distin. 16. ubi contrarijs respondet idem Azpil. conf. 1. num. 1. tit. de tempo. ordinan. idem fuisse in Apolo. de redditibus Ecclesiasticis quæst. 3. monitio. 8. num. 1. Dida. Perez in l. 6. titu. 12. lib. 5. Sarmien. in tracta. de redditu. Ecclesiast. 4. part. cap. 3. num. 2. Gutier. lib. 2. practica. qq. quæst. 74. & 75. Ex quibus constat parochi licentiam Sacerdoti concessam non expirare illius morte. unde nec contraria supra adducta obstant: quoniam glosa, & Panorm. traditio communiter reprobat ut testatur Felin. in d. cap. a nobis. Azpil. & ceteri supra relati.

113 Nihil & igitur sine parochi fieri, aut alio de illius licentia Sacerdote posse statuit S. Concilium: cuius parochi præsentiam in matrimonio adesse voluit, præsentiam & autẽ ad corpus refertur, & si quandoque ob sensu inopiam seu defectuionem, lex præsentem abesse dixerit in l. fina. ubi Alciat. pulchre de verbo. signifi. unde & siue seductus parochus fuerit, vel casu repertus, vel inuitus adductus, hoc sufficit, licet ubi de consensu præstando per contrahentes ageretur, secus foret; ut Alciat. Rebuf. & alij in d. l. fina. docent resoluit bene Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 39. nu. 9.

114

115

116

117

118

Et sic à Sacra Cardinalium congregatione fuit declaratum, in hæc ipsa verba. *Dummodo parochus adhibitus à contrahentibus sit præsens, & intelligat quod agitur*: hæc verba: quæ & aptissima sunt, nam qui non intelligit, nec præsens dici potest d. l. fina. Et & præsentia intellectum, & scientiam includit l. testium C. de testi. Alciat. in l. 2. §. voluntatem solut. matrimo. num. 9. 10. Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 40. ubi fusc.

111

112

113

114

115

116

117

118

Nec & ob aliam causam Concilium parochi præsentiam voluit, quam ut author quidam insignis suarum pastor ouium, ne quidquam male fieret interesset matrimonijs, eademque autoritatem præstaret, ideo illius præsentia quouis modo cõtingat sufficit l. coram Titio de verbo. signifi. c. fusc. Tiraq. in leg. commbia. glo. 7. num. 31. Rursus part. iure in

119 eo cap. 1. incedant parochi, & tertium presentia, at testium casu venientium in quolibet actu presentia sufficit, & si vocati non sint. Bal. in l. testiu n. 6. C. de testi. Bart. in l. Dius Trajanus de milita. testam. Angel. in §. plane inst. eod. tit. quæ communis, & vera traditio est in omni actu, & negotio excepto testamento l. fina. in verbis illis, *Fortuito in omni alia voluntate excepto testamento*, & C. C. de codicil. vbi glos. lat. in l. hac consultissima §. ex imperfecto num. 6. C. de testam. & in authen. nouissima num. 17. C. de inoff. testam. Gnid. Pap. decis. 538. num. 2. receptam Clarus in §. testamentum questio. 6. num. 3. Mencha. de successi. creatio. li. 2. §. 13. n. 62. Manta. de coniect. vltim. volunta. lib. 1. tit. 6. nu. 3. consequenter, & parochi fortuita presentia sufficit: Et sic post hæc scripta vidi consuluisse egregie Azpilcuet. conf. 20. sub titulo de sponsa. à numer. 1. & sequent. & Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 39. num. 8. & 9.

120 Salua tamen est vt in omnibus sancte sedis autoritate, & sacre congregationis declaratione, intelligerent altero in casu parochi presentiam non sufficere, nedum vbi non intelligeret, sed & vbi non videret quid ageretur: vt quia contrahentes matrimonium attergo essent alicuius parietis, vel vbi parochus infirmitate, vel alio casu cæcus effectus esset, & non videret: rationem eam esse conijcio, quoniam Concilium presentiam parochi voluit, vt ea tot mala, & scandala, quæ Indies oriebantur ex clandestinis matrimonijs, cessarent, vt ex d. cap. cõstat; vbi vero parochus presens esset & non videret multæ fraudes, mala etiam innumera possent contingere, quoniam facile nõ videntes decipi possunt: ideo cum ratio sacri decreti cesset, cessare illius dispositio debet. argu. l. 4. §. toties cū

121 vulgatis de dam. infec. Atq; ideo licet cæcus retineat dignitatem l. qui furore de sta. homi. l. cæcus ff. de iudi. licet etiam possit testificari de his, quæ ante cæcitatem vidit, vbi

122 notas contrahentium voces habet; in his autem in quibus facile decipi possent, non integer testis est; quo in casu multum iudicis arbitrio tribuendum est, quemadmodum scribit Albe. de Merle. tract. de testib. ca. 5. num. 35. 36.

123 Vnde est inuentario, & testamentis, quia de maximo agitur preiudicio, & decipi facile possunt, ceci testes esse nequeunt Salicet. in l. testium C. de testi. ex tex. & glos. quæ de inuentario loquatur, in §. si vero absunt, in authen. de hære. & falsi. verbo vidisse l. si nõ speciali, quæ de testamento agit C. de testam. vbi Bal. Angel. Sali. & ceteri omnes late Aulfred. tract. de testi. num. 16.

124 Idem est existimarem, & in alio casu, vbi parochus furiosus esset: nam his pro absente reputatur l. 1. §. furiosus de acqui. possess. nisi dilucida haberet interualla, & matrimonio assisteret tempore sanæ mentis l. qui testamento §. eum qui vbi glos. & ceteri C. de testam.

125 Neq; est solam videtur sacrum decretum presentiam parochi exquirere, nam & contrahentibus dicere verba in d. cap. scripta debet; *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: sed aliud fuit à sacra cõgregatione declaratum; quod & si ea pretermiserit matrimonium sustinetur; quoniam non ad substantiam pertinet, quæ in sola parochi & testium presentia consistit: Declaratio manu scripta vulgo circumfertur, & ea refert ad longum Salzed. ad Diaz de Laco. in pract. cano. d. cap. 73. refert Vival. in Cã. de Aure. titu. de matrimo. nu. 18. & nu. 239. Quid autem si parochus interessendo matrimonio post mutuum contrahentium consensum dixerit, *post viginti dies, vel hinc ad unum, aut duos menses vos coniungam*; an sit matrimonium. Azpilcuet. consuluit pro matrimonio conf. 54. sub. tit. de sponsa. qui nihil allegat: sed illius placet opinio, nam referre ea verba, quæ in d. cap. 1. scripta sunt, *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; non idest de substantia matrimonij vt nũc dixi, vnde prolata licet eo modo, quo non debent, non irritant matrimonium. Rationis ratio est, quia non debet plus operari expressio quam taciturnitas, dixi hoc libro differe. 10. versu. Declara communem traditionem vt procedat, &c. Sed si parochus nihil diceret valeret matrimonium, quoniam sola presentia illius est de substantia, igitur expressio male ordinata illorum verborum matrimonium nequit irritare.

126 Quod est si Sacerdos aliquis parochi nomine matrimonio interesset, nulla ab eo petita licentia, & factum post parochus ratificaret, an valeat matrimonium dubitari potest: Existimo salua sacre congregationis autoritate nullum esse matrimonium: nam & si regulariter rati habitio retrotrahatur & mandato comparetur regu. rati habitioem cū vulga. de regu. iur. tamen est vbi lex vel statutum presentiam requirit corpoream, rati habitio sequens non sufficit ad actum validandum quemadmodum ex Angel. Felin. & Cotta. scribit Tiraquel. de legi. connubia. glos. 6. num. 31.

128 Nunc est alia questio excutienda est, nam cum consilium d. cap. 1. dixerit, presentiam parochi necessariam esse, vel quod alteri Sacerdoti licentiam concedat, dubitari potest, an si parochus Sacerdos non sit, matrimonijs autho-

authorandis interesse possit: Et quidem videretur non posse, nam cum dictum decretum de parochio, vel alio Sacerdote loquatur; Et vna orationis pars de Sacerdote verba faciat, consequenter altera de Sacerdote erit interpretanda, quia vna pars alternatiua alteram declarat l. 1. de reb. dub. sicuti conuerso, vna pars copulatiua interpretatur aliam Socin. in d. l. 1. num. 1. idem Socin. in singulari casu. conf. 13. num. 8. lib. 3. Corn. conf. 96. lib. 1. & alij quos citat nouissime Surd. decis. 124. num. 8. versu. Secundo quod:

129 Tamen est quia relatiuum, alius, alia, alium, repetit tacite similem qualitatem in relata l. si fugitiui C. de ser. fugi. Patormita. in cap. sedes de restrip. Afflict. decis. 204. num. 1. Curti. iuni. conf. 38. num. 1. Natta. conf. 298. num. 1. Cepha. conf. 66. Caehera. decis. 166. num. 7. & cum Concilium de Sacerdotij qualitate loquatur, de eadẽ intelligere in priori parte censetur.

130 Contraria sententia verior est, & eam cõsulendo multis argumentis ornat Azpil. conf. 30. a n. r. tit. de spõsa. præcipue tribus mouetur rationibus, & si septem adducat: Prima est sumitur ex vi verbi parochus, qui iuxta verã interpretationem, is proprie dicitur, qui necessaria ad victum, & vitam ministrat, citat Budeum in adnota. ad l. fina. ff. de mune. & hono. dixi ego fuse Explora. iur. lib. 1. ca. 14. Parochus autem & si is sacris non sit ordinibus initiatus hæc ministrat necessaria vitæ spirituali, si non per se, saltem per alium.

131 Secundo est quia & is licet non sacris initiatus, dicitur habere curam animarum actu, ca. licet canon. cap. cum ex eo, cap. commissio de electio. in 6. quibus deciditur eum, cui parochialis Ecclesia collata est, teneri intra annũ ordines sacros sumere, & idem apud Concilium Tridentinum in cap. 8. sessio. 22. de reforma. cuius ille non meminit: interim igitur

132 veri dicuntur parochi. Tertio est (quæ sanè concludit ratio) quoniam non est verisimile voluisse Sacrum Concilium tollere proprio parochio facultatem exhibendi corporalem presentiam in matrimonio, qui alioquin actus cum non requirat Sacerdotium, cogere tur parochus, qui sine eo officium potest iniunctum adimplere, alteri quia Sacerdoti, munus interessendi delegare, qui non talem, nec tantam vt parochus habeat autoritatẽ, quod tamen indecens videretur: His atq; tribus alijs rationibus Azpilcuet. d. consil. sic vere respondit. Et nouissime cõfirmat Sanch. de matrimo. lib. 3. disputa. 20. a num. 1. cum sequent.

133 Ex his est recte sequitur, parochum qui alicui non Sacerdoti licentiam hæc interessendi matrimonio concessit, licet tempore pe-

stis, belli, vel altera simili oppressum angustia, & male agere; & matrimonium, vt contra formam Sacri Concilij nullum esset, nam & si non Sacerdos parochus, Sacerdoti hoc possit delegare vt in d. cap. 1. & modo dixi non tamen potest parochus non Sacerdoti contra formam Concilij delegare, a quare cedi nequit, respondit idem Azpil. conf. 45. a num. 1. tit. de sponsa.

134 Vbi autem Episcopus parochio interdiceret ne in aliquo intercederet matrimonio, & parochus Episcopi iussa spernens interesset, validum esset matrimonium: sic declarauit sacra illustrissimum congregatio his verbis: *Congregatio Concilij respondit valere matrimonium contractum curam parochi, cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat*: hæc verba: & recte quidem quoniam etsi Episcopo subditus sit parochus, & Episcopi reuocantibus parochis aliquorum possint sibi reseruare absolutionem peccatorum, quia tamen in hac specie Concilium parochio iniunxit vt matrimonijs interueniant, eadẽq; sua presentia authorent, poterit parochus huic interessendo Sacramento, verumq; elicere matrimonium; cum interessendi facultatem à Concilio, cui Episcopi subijciuntur, parochi habeant; & inferior superioris nequeat legem tollere capi cum inferior cum similibus de maio. & obedi. quemadmodum si Episcopus clerico præciperet ne missam celebraret, aut parochio Sacramentorum ad tempus administrationem interdiceret, nam si celebrarent, aut baptizarent parochi, verum Sacramentum conficerent, vt passim Theologi, & Canonistæ docent: Negari tamen nequit quin his casibus puniri propter obedientiam parochi possent, possitq; Episcopus ex causa parochio præcipere ne matrimonio inter aliquos celebrando adit.

136 Proxima est superioribus altera questio est, an possit contrahi matrimonium in aliena parochia, coram proprio contrahentium parochio: Nam Segui. in directo Iud. Ecclesiast. 2. par. cap. 15. num. 49. scribit non esse matrimonium. Salzed. vero d. cap. 73. in versu. Præmittendum contrariam tueri sententiã multis argumentis: quo non relato sequitur eisdem argumentis eandem Spin. tracta. de testa. glo. 15. nu. 41. 42. Mouetur primo quia adest consensus simultaneus inter contrahentes, & parochi quoq; presentia adhibita est, consequenter satisfactum videtur Concilio: Secundo, est quia hic actus ad voluntariã pertinere iurisdictionem videtur, & consequenter vbiq; etiam extra territorium exerceri potest, nedum ab Episcopo sed etiam ab illius vicario, vt beneficia conferre, litteras dimissorias concedere, & alia peragere quæ iurisdictionem

risdictionem voluntariam concernunt; quemadmodum post Iass. Hippol. de Marfil. & alios in l. fina. de iurisdic. omni. Iudi. resolut. Dida. li. 3. varia. resolu. ca. 20. n. 7. Sanch. de matrimo. li. 3. disp. 19. a. nu. 7.
 138 Tertio, solius & confessionis sacramentalis iudices esse possunt ordinarij & parochi, quemadmodum post vetera Ecclesie instituta sanxit Concil. Trident. cap. 7. sessio. 14.
 139 Cum tamen & hac confessio, a proprio parochio extra parochiam fieri possit, & teneat absolutio, quia voluntarie iurisdictionis esse videtur, sicut & ex nostris in specie confessionis, tenuerunt Iass. nu. 6. in d. l. fina. de iuris. omni. Iudi. post Hostiensem, & alios, quos citat ille, Capi. decisio. 203. num. 6. & Azpil. in ca. placuit de poeniten. distin. 6. nu. 84. Contrariam vt dixi tenuit ante Salzed. Segu. vbi supra & rectius eandem amplectitur Azpil. in illius consilij nuper impressis cof. 47. a. nu. 1. & 2. tit. de sponsa. qui nedum existimat fieri hoc non posse. Sed & nec quod fortius est posse parochiam vel ordinarium concedere licentiam suis parochianis ad contrahendum matrimonium extra diocesim vel suam parochiam respectu. Primo quia presentia propria parochi extra parochiam propriam non sufficit, quanto minus licentia eiusdem. id coprobat ex verbis d. cap. 1. de ipsius parochi, vel ordinarij licentia, &c. quae de propria in propria loqui videtur parochia, & ideo non censetur satisfactum consilio, vbi id contingit in aliena: Addit ille, idem esse in licentia, vt scilicet licentia esse debeant intra diocesim vel parochiam suam. Secundo quia ordinarij extra suam diocesim, & parochus extra propriam parochiam, censentur priuate personae l. 3. ibi glo. de offi. praes. l. fina. de iurisdic. omni. Iudi. argu. l. 1. 2. 3. C. si a non competentis iudi. Tertio & denuntiationes tribus continuis diebus festiuis debent fieri in parochia in qua matrimonium est contrahendum ca. fina. de clandest. de sponsa. d. ca. 1. Et tunc ordinarius, vel parochus possent alterius adire diocesim, vel parochiam, ad exhibendam presentiam, & interessendum matrimonio, quod aduersari videtur menti sacri Concilij, quia ideo presentiam adesse voluit, vt cum maiori matrimonium autoritate, & publicitate contraheretur, quae cessat quoties presentia exhibetur extra diocesim, vel parochiam, & sic extra territorium, cum ibi priuate non publica sint personae eandem sequitur Sanch. de matrimo. li. 3. disp. 19. nu. 10. & sequen.
 Neq. obiectiones Salzed. quidquam faciunt; nam etsi, simultaneus adsit consensus, & presentia parochi, non tamen consensus nec presentia datur nisi in propria parochia, & a

proprio parochio, iuxta Concilium, cum sit in aliena priuata persona. Nec etiam facit simile de confessione, quoniam dissimilis est ratio confessionis, & sacramenti matrimonij iuxta noue statuta a dicto Concilio; quia in confessione non requiritur proprii parochi presentia, ideo per alium, & in aliena parochia de voluntate ordinarij fieri potest: Eodem modo respondetur ad alteram obiectionem, quod licet actus voluntarie iurisdictionis extra territorium fieri possint, sed in matrimonio, quod nisi a proprio, & in propria parochia fieri eo presenti potest. Rursus vt recte animaduertit, Azpil. d. cons. licet fateamur posse Episcopum, vel parochum extra diocesim, vel parochiam concedere licentiam alicui sacerdoti ad interessendum matrimonio non tamen executionem huius rei mandare potest vt extra diocesim, vel parochiam, vt extra suam fiat parochiam ad ea quae glo. in d. l. praes. de offi. praes.
 143 Et quidem & si parochus malitiose assistere alicuius parochiam matrimonio non valet, illudq. impediret, grauius esset puniendus, iuxta Lateranensis Concilij statutum ca. 1. cu. inhibitio. §. fin. vbi glo. verbo malitiose, & ceteri de clandest. de sponsa. Quinimo & laicus impediens iustis posset poenis plebei. Ioan. And. Panor. & Prapo. in d. §. fina. Salzed. vbi supra versi. Decimo sexto.
 144 Neq. & Episcopus dispensare posset vt sine parochio, vel testibus matrimonium fieret, quia constitutio conciliaris est, quam Episcopi tollere, vel super ea dispensare non possunt, Salzed. supra late Dida. in Epito. ad 4. par. 2. ca. 6. §. 10. num. 11. 12. Gutier. li. 1. canon. quae. ca. 5. nu. 10. Neq. & etiam dispensare posset in poena suspensionis d. ca. 1. instricta aduersus eos, qui alterius parochiam contrahentes benedixerint, aut eorum matrimonio interfuerint, cum in poenam data sit glo. in ca. cupientes. §. ceterum, verbo suspensos de electio. Dida. d. §. 10. nu. 13. 14. Azpil. in Manual. Confesso. ca. 27. nu. 39. Gutier. d. c. 5. nu. 10. & antea, post veteres canonicistas num. 4.
 147 Aduertendum & poenam illam suspensionis impositam veteri iure in d. ca. cum inhibitio, aduersus parochos qui clandestinis intercesserant coniugijs, ab hoc sacro Concilio Trident. sublata fuisse, dum arbitrarijs poenis parochum voluit posse puniri per ordinarium, quemadmodum nouissime existimauit Matien. in li. 5. ordina. tit. 1. l. 1. glof. 7. nu. 2. verius enim docuit Salzed. vbi sup. additio. 6. versi. octauo non est obliuioni, &c. posse ordinarium praeter illam triennij poenam parochum arbitrarijs poenis coercere: Quatuor mouetur rationibus quas non refero: & Addiderim

derim tamen me cum eo sentire, hac praeter eam ratione, quonia poena a lege noua imposita, veterem alij legibus impositam sustulisse non videtur, vbi vtraq. poena sustineri potest. sic Barto. in l. r. nu. 1. ff. vi bono rapto. cuius traditionem dixit communem post relatos multos Clar. in pract. crimi. §. fina. questio. 85. nu. 5. vbi & Baiardus ad eum: idem repetit late Meno. de reuoc. possess. rem. 9. quaf. 51. & pulchre qui regulam ponit, quod nunquam per legem nouam, poenam imponentem, sublata censeatur poena a lege antiqua imposita, cu decem limitationibus Afflic. in const. Sicil. consti. Pactarenorum a nu. 28. & licet idem Clar. alteram in practica obseruari affirmet, tamen quo ad nostrum pertinet casum dubitandum non est, quoniam & in d. ca. eum inhibitio §. fina. nedum triennij poena taxatiue imposita est, sed grauioribus etiam poenis arbitrio ordinarij parochum puniri posse statuit.
 149 Sed & poena suspensionis ab eo ca. 1. d. Concilij imposita aduersus parochos vel sacerdotes, qui alterius parochiam parochianos benedixerint, vel eorum matrimonijs interfuerint, non obstante quouis priuilegio, vel etiam consuetudine immemoriali, nedum ad officium, sed & ad beneficium extendi potest, quoniam in grauib. id regulare est glo. in clemen. cupientes in glo. magna de poen. glo. in ca. latores de cleri. exco. minis. glo. fi. in ca. pastoralis, vbi ceteri de appella. Anto. Cuch. in instit. cano. tit. 8. versi. Parochialis autem, Dida. in Epito. ad 4. 2. par. ca. 6. n. 13. Viual. in Cande. Aure. tit. de suspen. nu. 156. Perez in l. r. versi. est etiam alia poena tit. 1. li. 5. ordina. Estq. & poena haec suspensionis ipso iure imposita; quia per verba loquitur presentis temporis concilium, ibi, *tandiu suspensus maneat*, glo. in l. si quis maior, verbo notatur vbi Barto. Bal. Cast. Alex. Rom. Iass. C. de trans. glo. in l. si quis in tantam C. vnd. vi Tirac. pro omnibus in l. si vnumquam verbo reuertatur a nu. 1. cum sequen. C. de reuo. donatio. & si fecus foret, vbi verba futuri temporis forent, quia non late sed ferēde sententia canon esset glo. in l. in criminali verbo habeatur C. de iuris. om. Iudi. Feli. in ca. Redolphus n. 24. de rescrip. Gig. de penitio. quaf. 78. Perez in d. l. 1. versi. circa praemissa Dida. Couar. in Epito. ad 4. 2. par. ca. 6. num. 13.
 150 Enimvero & concilium d. ca. 1. antiquas consuetudines laudabiles, quae in contrahendis matrimonijs obseruari solita sunt, non tollit, vt ex verbis illis constat. *si qua prouentia, &c.* laudabiles consuetudines eas esse intellexerunt, qui huius meminerunt decreti interpretes, eas, quae canonicis decretis non

aduersantur: placet interpretatio, quam etsi multis, & innumeris possem comprobare, non aliunde tamen eas excipiam, quam ab eodem Concilio Trident. & Quoniam receptus apud nos est, quae iuris sunt communis a iure prius communi interpretanda: & quae ab statutis saeuuntur, ab eisdem prius statutis, quam a iure communi. Quae & a consuetudine, ab altera eiusdem loci consuetudine Ancharra. conf. 92. & conf. 423. Deci. consi. 65. Alcia. in l. r. verbo substituit num. 18. 19. de verbo. obliga. Clar. §. testamentum quest. 76. n. 12. Et lex vna alteram. Math. tract. de nume. testi. cap. 1. n. 43. Vnde & regulare est, obseruatumq. sepius in Tridentino Concilio videri, laudabiles consuetudines, vel statuta nusquam sublata censeari in cap. 6. sessio. 25. de reforma. vbi sic. *Haec autem omnia & singula in his ecclesijs locum non habent, in quibus Episcopi, aut eorum vicarij ex constitutionibus, vel priuilegijs, aut consuetudinibus, siue concordijs, seu quouis alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem, & iurisdictionem, qua presenti decreto sit coprahensum; quibus sancta synodus derogare non intendit.* in cap. 12. sessio. 24. de refor. ad medium, illis verbis: *vbi vero consuetudo laudabilior habet, vt plures vel omnes sint praebiteri, omnino obseruentur:* Et paulo post verbis illis: *Saluis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quae longius seruitij tempus requirunt.* Est & alius insignis ad hoc institutum eiusdem Concilij locus in ca. 1. de reforma. sessio. 22. in versi. *Statuit sancta synodus vt quae alias a summis Pontificibus, & sacris concilijs, de clericorum vita, bono statu, cultu, doctrinaq. retinenda, ac simul de luxu, comestationibus, eboreis, aleis, lussibus, ac quibuscumq. criminibus, nec non secularibus negotijs fugiendis, copiose, & salubriter sancita fuerint, eadem in posterum eisdem poenis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obseruentur.*
 156 Sed & non me praeterit quandoq. laudabilem dici posse consuetudinem, quae iuri communi aduersatur, cum ex temporum mutatione mutari quoq. sepius & statuta, & consuetudines etiam iuri contrarias expediat ca. fina. de conf. & affi. quae non ideo quia contra ius sint, iusta tamen ratione inducta irratiabiles, vel non laudabiles dici poterunt. Bar. in l. 1. nu. 41. C. de sum. Trinita. Panor. in ca. 2. n. 4. de probatio. Mencha. tract. de successio. creatio. §. 2. nu. 7. & 20. est tex. in hoc celebris in ca. alma mater de sen. exco. vbi Dida. adnotauit in 2. par. in principio nu. 2. & qui fuisse post relatos superiores Magdale. tract. de num. testi. ca. 22. nu. 38. ad medium versi. Et cessat motiuum. His consequens & est, vt qui praetermissa forma Concilij Trident. con-

contrahunt, eos dictum Concilium ad sic ob-
trahendum inhabiles reddat: non quod perpe-
tuam prohibitionem si aliter fiat Conciliū
158 statuerit, sed ad sic contrahendum tantū, & vn-
de & potuerunt post publice seruata forma
concilij contrahere. Meno. qui declarationē
refert sacre cōgregationis tract. de præsum.
li. 3. præsum. 1. nu. 102. latē Matien. in glo. 1.
rubri. tit. 1. li. 5. ordina. nu. 39. 40. 41. Salze.
Nauar. & alij supra.

159 Dubitari & etiam circa huius capituli pri-
mi Concilij Trident. intellectum solitum:
an sicut clandestina fuere prohibita matri-
monia, sic & sponsalia clandestina quia per
sponsalia peruenitur ad matrimoniū l. oratio
de sponsa. de hac quæstione dixi Explor.
iur. li. 2. ca. 8. resoluunt omnes tex. in d. ca. 1.
non habere locum in sponsalibus clandestini-
nis, agregat innumeros Sanch. de matrimo.
li. 1. disputa. 12. a nu. 1. cum seq. multa alia
quæ ad eiusdem decreti interpretationem
pertinent li. 1. huius tractatus dicta sunt lati-
us. Qui autem subsistente aliquo impedi-
mento & occulto publice iuxta formam sacri
160 Concilij celebrarunt, etsi nullum fuerit ma-
trimonium, eo sublato, non cogentur denuo
eandem formam dicti Concilij obseruare,
sic recte & multis docet Sanch. de matrimo.
li. 2. disp. 37. a nu. 1. vbi multas refert sacre
congregationis declarationes.

SVMMARIVM.

- 1 *Contrahendi libertas de iure naturali est.*
- 2 *Contrahere possunt omnes, qui expresse prohibiti non reperiuntur.*
- 3 *Contractus an inter patrem, & filium in potestate constitutum fieri possint.*
- 4 *Contractus emptionis inter Patrem, & filium an detur.*
- 5 *Filius contrahere potest cum patre in bonis castrensibus vel quasi.*
- 6 *Obligatio inter patrem, & filium consistere potest in bonis castrensibus, vel ubi adisset iuramentum.*
- 7 *Contractus inter duos fratres in potestate constitutos in bonis castrensibus celebrari potest, vel ubi interpositum esset iuramentum.*
- 8 *Contractus omnes inter consanguineos, & affines celebrari possunt.*
- 9 *Matrimonium inter consanguineos, & affines contrahi non potest.*

DIFFERENTIA. XII.

CONTRACTVS OMNES INTER
consanguineos, & affines fieri, matri-
monium minime.



CONTRACTVVM & libertas
cum sit de iure naturali vt dixi
hoc libro differentia septima;
vix est vt tolli, vel infringi nullo
regū imperio possit, atq. ideo &
pro regula obseruatū, posse contrahere om-
nes qui nō expressim fuerint prohibiti. l. si
cut ab initio C. de actio. & obliga. vbi glos.
adnotauit, & post eam Bal. Salice. Ange. &
posteriores Gomes li. resolu. 2. ca. 1. in prin-
cipio. Qui & ibidem regulam protendit ad
filiosfamilias, & seruos, declarando vt per
eundem ibidem: Omisit & autem difficiliora
an scilicet inter patrem & filium, vel inter
duos fratres in potestate constitutos, fieri
possint contractus: qua in rescindum, iure
digestorum inter patrem & filium nullā
potuisse obligationem constitui, & item inutilis
instit. de inuti. stipula. *Inutilis (ait Iustinia-
nus) stipulatio est, si vel ab eo stipuleris, qui
tuo iuri subiectus est, vel si is a te stipuletur.*
*Quoniam ad contrahendam obligationem dis-
tinctio personarum requiritur* l. 2. de stipula.
seruo. quæ inter patrem & filium non repe-
ritur, quia vna & eadem persona censetur
l. si quis pro eo §. 1. de fideius. d. §. item inu-
tilis, in fine l. fina. C. de impube. & alijs sub-
stitu. & Ex his sequitur inter patrem & filiū
emtionem consistere non posse l. 2. C. de
contrahen. emptio. sed nec vllum iudicium
l. lis nulla de iudi. l. si a me, illo eod. tit.
Cuiaci. li. obserua. 9. ca. 13. Varoni. li. 1. de-
clara. iur. ca. 9. & li. 4. ca. 37. & Cæterum cum
hodierno iure filij capaces sint bonorū Cas-
trensium vel quasi, & aduentitiorum quo ad
proprietatem, l. cum oportet C. de bonis que
libe. ita fiet, vt in his inter patrem, & filium
cōtractus possint celebrari, & obligatio cō-
sistere, quia diuersa a patre reputatur perso-
na l. iubemus §. 1. C. ad S. C. Trebelli. cuius
tex. autoritate id docuit Barto. in l. frater
a fratre nu. 16. post glo. ibidem, de condi. in-
deb. qui cōmuniter recipitur, vt testatur Ias.
in eadem lege nu. 37. & in repetitione n. 28.
idem Barto. in l. 2. de con. emp. Bal. Salice.
& cæteri in d. l. cum oportet Bero. quæst. 46.
nu. 8. Angui. conf. 5. nu. 2. similiter & eadem
ratione inter duos fratres etsi in potestate
constitutos in his bonis contractus possunt
celebrari Barto. in d. l. frater a fratre nu. 16.
& sequent. quem sequuti sunt omnes supra
relati: Neq. casus hic dubitationem cōtinet.
6 Id ipsum & vbi inter patrem, & filium in
potestate constitutum vel inter & duos fra-
tres contractus medio iuramento celebrare-
tur, valeret enim iuxta receptissimam sentē-
tiam, quam relatis innumeris dixit commu-
nem Gutier. tracta. de iuramen. confirmato.
cap. 4. num. 4.

Que

8 *Quæ & multo magis vindicant inter con-
sanguineos & affines, inter quos, omnes con-
tractus, & de quibuscunq. rebus iniri possunt;
ex generali regula supra tradita, cum lici-
tum sit omnibus contrahere, nisi expressim
fuerint vetiti.*
9 *Matrimonium & tamen inter patrem, &
filias, consanguineos, & affines, contrahi non
potest. cap. non debet & toto titu, de con-
san. & affini. fuse. Dida. in Epito. ad 4. 2. par.
cap. 6. §. 6. num. 1. cum multis §§. sequent. vbi
singula impedimēta prosequitur, post Theo-
logos, & Canonistas: & nouissime de impe-
dimentis multa Caua. decis. 12. & decis. 18.
2. par. quæ vt notissima prætermitto.*

SVMMARIVM.

- 1 *Contractus sunt de iure naturali.*
- 2 *Conuentionum tres sunt species.*
- 3 *Conuentio publica qualis sit.*
- 4 *Hosti fides seruanda non est.*
- 5 *Fides legatis, & ambaciatoribus seruanda.*
- 6 *Hosti fides de iure canonico seruanda est.*
- 7 *Matrimonium contrahere infideles dicuntur.*
- 8 *Matrimonium contrahere quatenus Sacramē-
tum, infideles non dicuntur.*
- 9 *Sacramenta apud infideles nihil operantur.*
- 10 *Matrimonium cum hæreticis interdictum est.*

DIFFERENTIA. XIII.

CONTRACTVS ET CVM IN-
fidelibus celebrantur, matrimoniū qua-
tenus Sacramentum nullo iure.



CONTRACTVS & cum sint
de iure naturali siue cum fideli-
bus celebrentur, aut cum infide-
libus, valent eo iure; sed & de iu-
re ciuili humano quoad vinculū
obligationis in casibus licitis, & vbi a supe-
riore fiunt, vel etiam inferiore cum superio-
ris facultate. Vnde & Vlpianus in l. conuen-
tionum ff. de pact. conuentionum autem tres
sunt species; aut enim ex publica causa fiunt,
aut ex priuata, aut legitima iurisdictionum.
3 Publica & conuentio est, quæ fit per principē,
aut quoties inter se Duces belli quædam pa-
ciscuntur. Addit glo. ibi sic de trengis, & in-
ducij iudicandum vt pacta earum cum hos-
tibus seruanda sint l. postliminium §. inducie
de cap. & postlimi. reuer. idem in amicitijs
& fæderibus l. non dubito de cap. & postli.
reuer. Quare & quod dici solet hosti fidem
seruandam non esse, de priuatis personis in-
telligendum est non de publicis l. 1. §. non
fuit vbi Bart. ff. de dolo. idem Barto. in l. 1.
num. 1. vbi egregie declarat ff. ad legem Iul.

5 magel. qui & ibi scribit, legatis, & ambac-
iatoribus fidem seruandam esse, quam in-
fringere nullo modo liceat, docent & cæteri
omnes in d. l. conuentionū Marti. laud. tract.
de confedera. princi. a num. 1. sic & nostris
temporibus, non semel vidimus, inter Im-
peratorem & Principes Christianos, cum
Turcarum Rege, & alijs Ecclesie Romanæ
6 inimicis. Iure & autem canonico fides hos-
tibus seruanda est. can. noli. ca. estimare 23. q.
1. can. innocens 22. q. 4. Azpil. conf. 5. tit. de
pact. num. 1.

7 *Sapē & matrimonium contrahere & infi-
deles secum dicuntur cap. ex parte in verbis,
8 Apud fideles, & infideles de transf. ex. id & au-
tem quatenus matrimonium contractus est,
secus vt Sacramentum, ex Theologis decla-
rat Domi. de Soto in 4. distinct. 39. quæst.
vnica arti. 1. Dida. in Epito. 2. part. cap. 6. §.
10. a nu. 2. & 3. cum seq. Mozi. de contract.
tit. de matrimo. §. qui possint contrahere nu.
15. Matien. in glos. rubri. tit. 1. lib. 5. ordina-
tio. num. 78. Magd. tract. de num. telti. 3. par.
cap. 3. num. 257. Vera Cru. in specu. coniugi.
2. parti. arti. 28. Gutier. lib. 1. cano. quæstio.
cap. 17. num. 10. Qui ea & vtuntur ratione,
quod inter infideles qui extra Ecclesiam sint
Sacramentū operari nequeat; declarat egre-
gie Dida. 2. par. cap. vnico. num. 4. in Epito.*

10 *Vnde & nec licet etiam Christianis Paga-
nas, vel Gentiles, aut Iudeas vxores ducere.
cap. non oportet cap. caue. 28. quæst. 1. Pa-
nor. Anton. Imo. Præpo. in cap. 1. de sponsa.
quamquam Dida. Couar. in Epitom. ad 4.
2. par. cap. 6. §. 11. num. 1. & sequen. ostendat
hanc prohibitionem non esse de iure diui-
no, sed postiuo: iuste tamen inductam: qui
illic num. 3. vers. Ex his tamen, resoluuit quod
licet matrimoniū inter Christianum, & hæ-
reticam fieri non debeat, si tamen factum
fuerit tenet; iuxta glos. in cap. cum oportet
28. q. 1. quam ibidem multis relatis commu-
nem dicit & Azpil. in conf. 38. num. 1. tit. de
sponsa.*

SVMMARIVM.

- 1 *Conuentiones humanae, contraria conuentione
dissoluantur.*
- 2 *Obligatio verborū contrario consensu tollitur.*
- 3 *Solemmitas requisita in actus constitutione,
eadem requiritur in dissolutione.*
- 4 *Testes quot requiruntur in actus celebratione,
totidem requiruntur in eiusdem actus reuo-
catione.*
- 5 *Solemmitas, que requiritur in actu condendo,
eadem in infringendo.*
- 6 *Testatoris sola pœnitentia, non inuertit illius
voluntatem.*

Solem-

- 7 Solemnitas requisita in contractibus, eade requiritur in distractibus.
- 8 Matrimonium quatenus contractus, consensu utriusq. coniugis dissolui potest.
- 9 Matrimonium quatenus Sacramentum, de comuni etiam consensu coniugum dissolui non potest.
- 10 Spiritualia facilius construuntur quam destruantur.

DIFFERENTIA. XIII.

MATRIMONIUM QUATENUS CONTRACTUS, MUTUO CONIUGUM CONSENSU DISSOLUI POTEST: UT SACRAMENTUM NULLO IURE LICET.

In hoc et iure nihil vulgatum magis quam pacta contrariis dissolui conventionibus posse. si unus et pactus ne peteret ff. de pact. cum enim consensu pacta contrahantur, contrario dissoluntur d. §. pactus. Nihil tam naturale est quam eo modo quidquam dissolui, quam quo colligatum est. nihil tam naturale de reg. iur. ca. 1. de reg. iur. ex. 2. Hinc et verborum obligatio verbis dissolvitur, et contrario tollitur consensu l. 1. C. quando liceat ab emp. discede. l. prout quisq. de soluti. §. fina. nisi. quib. mo. tolli. obliga. & actus resolutio eiusdem est natura cuius constructio Cagno. in d. l. nihil tam naturale Iass. in l. omnium §. nota. C. de testa. Et regularis locus est nedom in solemnitate legali, sed statutaria, quae enim in actus productione requiruntur, eadem in eiusdem dispositionis resolutione Bal. in l. fina. ad finem C. de fideiuf. is et ibi docuit quod si legatum ex dispositione statuti probari debet duobus testibus, eodem modo illius reuocatio, & duobus testibus Deci. & Cagno. in d. l. nihil tam naturale Hippo. de Marfil. singu. 669. vbi et scribit quod si testamentum ex forma statuti debet coram duobus testibus fieri, pariter coram duobus debet reuocari sic & de iure communi quot testes sunt in testamento necessarii, toridem in eo reuocando glo. in l. cum proponeretur de lega. 2. Nam et regulariter quae in condendo actum solemnitas, exigitur, eadem in infringendo illum l. haeredes palam §. si quid post de testa. vbi et Bal. nota. dignum scribit, quia ad reuocandum legatum quinq. testes sunt necessarii ut illi ibi Cal. & ceteri: vbi et extendunt traditionem, quoties ageretur de probandis inimicitijs propter quas legatum ademptum praesumitur. Porro ab eadem regula Cuma. prodidit in l. filio quem pater de libe. & posthu. quod

exhereditatio filij facta in solemnibus testamentis non potest reuocari per tacitam reconciliationem. Sed requiritur expressa, & aequae solemnitas reuocatio quem Imol. ibi sequitur & Iass. num. 7. aduersus Bar. in l. 3. §. fina. de adimen. lega. quamquam mihi haec opinio dubia sit, quinimo crederem Barto. sententiam magis communem ex his quae dixi lib. 3. quaest. 17.

Sed & Iustinianus noster in §. ex eo autem solo instit. quem admodum testamentis infirmantur, aperte scripsit solam testatoris penitentiam, & voluntatis mutationem non sufficere ad inuertenda ea quae in solemnibus testamentis continentur sed solemnem requiri Deci. in d. l. nihil tam naturale Natta in l. hac consultissima §. ex imperfecto num. 220. C. de testam. vbi eandem cum superioribus opinionem amplectitur ex tex. in d. ca. 1. de regu. iur. can. omnis res 27. quaest. 2.

Extremo et in contractibus (ut ad nostrum accedam institutum) dissoluentis eadem requiritur solemnitas, quae in constituendis, & eiusdem autoritas in infringendo cuius requirebatur in celebrando athen. et contra C. de repud. egregie Bart. in l. actor num. 9. ff. rem ratam habe. & in l. & ideo ff. de condict. furti. Alexan. conf. 209. num. 23. lib. 2. Iass. conf. 141. num. 2. lib. 4. Felin. in cap. cum accessissent num. 5. de constitu. alios multos congesit Surd. conf. 136. hum. 17. lib. 1. vbi singulariter intulit procedere superiora etiam respectu fori, ut pro distractu ibidem quis conueniri debeat vbi pro contractu conueniendus esset: Et quae solemnitas requiritur in creando tutore minori eadem in ipso reuocando Caua. traeta. de tuto. & curato. hum. 196.

Et magis ad institutum, matrimonium quatenus contractus consensu utriusq. coniugis dissolui poterat iure veteri, quoniam solo coniugum consensu contractum fuerat l. si constante C. de repud. Ceterum et quatenus Sacramentum minime quia est indissolubile vinculum iuxta illud. Quos Deus coniunxit homo non seperat ca. quanto de diuor. ti. & in can. 5. & 7. de reforma. matrimo. Concilij Tridentini.

Quinimo nec matrimonium de praesenti dissolui etiam volentibus coniugibus potest nisi mors naturalis, vel saltim spiritualis interueniat cap. si inter de sponsa. cap. 7. de reformatio. matrimo. Concilij Tridentini nihil igitur in matrimonio dissolueno coniugum consensus potest ut post veteres Theologos docet Domi. de Soto. in 4. sententiarum distinctio. 27. artic. 1. ut et recte dixerit Roma. Pontifex in cap. inter corporalia de Translatio. Episcopo. spiritualia facilius

facilius construi quoniam destrui Deci. in d. l. nihil tam naturale Barbof. in rubr. ff. solut. matrimo. 2. par. nu. 82. ad medium.

SVMMARIVM.

- 1 Dominus nemo sui ipsius.
- 2 Obligare se ipsum ad poenam corporalem nemo potest.
- 3 Clericus, qui se ad poenam corporalem obligaret excommunicatus foret.
- 4 Regius officialis, qui se percipi voluntarie pateretur, Regi iniuriam inferret.
- 5 Poena duplex vbi ab statuto datur delinquenti, & illius etiam optio, non potest delinquens poenam corporalem eligere ommissa pecuniaria.
- 6 Fideiussor se pro alio obligare non potest ad poenam corporalem.
- 7 Poena multa aduersus eos statuta, qui in se ipsos seuiunt.
- 8 Bannitus licet possit ab alijs occidi, se ipsum tamen occidere non potest.
- 9 Occidere se ipsum nemo potest, etiam ad peccatum vitiauum.
- 10 Necare se ipsum fame non licet.
- 11 Occisus poens se in manibus occisoris, occidi iuste non potest.
- 12 Delinquens poens se ipsum in posse Iudicis, non potest nisi iuris ordine seruato occidi.
- 13 Dominus nemo sui liberi arbitrij.
- 14 Matrimonij prerogatiua singularis, ut alter, in alterum coniugem sui transferat dominium corporis.

DIFFERENTIA. XV.

DOMINIUM SVI IPSIVS NEC PROPRIJ CORPORIS IN ALIUM POTEST IN CONTRACTIBUS TRANSFERRI: IN MATRIMONIO SIC QUATENUS SACRAMENTUM EGREGIA DIFFERENTIA.

In Eminem et sui ipsius Dominum esse, nec membrorum suorum, passim iura clamant l. liber homo ff. ad l. Aquil. ca. contingit ex. de sen. excommunicata. et quibus iuribus scriptum relinquit Guido. Pape decisione 278. posse neminem se obligare ad manus amputationem, nisi certum quid fecerit, vel nisi ita sit, ut ille loquitur: sed & clericus et qui hanc similem, vel eandem in corpus suum poenam, statueret, nulliter faceret, quinimo, & sententiam excommunicationis incurreret d. ca. contingit vbi glo. Panor. Anto. Felin. & ceteri. Mar. decisio. 882. 2. par. & autoritate tex. in d. ca. contingit, tra-

didit Pau. de Cas. in l. quamuis ff. de in ius vocan. et Regium officialem qui se volente passus fuit percipi, iniuriam Regi intulisse, & proinde puniendum. Pau. de Cast. sequitur Alexan. in d. l. quamuis nu. 14. Ex et eade ratione prodidit, quod si statuto imponatur poena pro aliquo delicto corporalis, vel pecuniaria, ad arbitrium delinquentis, commisso delicto, nequit delinquens corporalem eligere ommissa pecunia. Barto. in l. stichus de pecul. lega. Bal. in l. fin. de in ius vocan. Alex. in l. quavis ff. solut. matrimo. nu. 15. per tex. in l. cum duobus §. idem respodit in 3. ff. pro soci. pulchre Deci. in l. 1. num. 98. C. de ser. fugi. vbi Cepol. Felin. in ca. inter ceteras de rescrip. Rip. li. respon. 2. de rescrip. in ca. inter ceteras nu. 65. Deci. nu. 10.

Hinc et illud, non valere fideiussionem qua quis pro alio se obligauit ad poenam capitis, vel mutilationis membri, quia nemo est dominus membrorum suorum glo. in ca. cum homo 23. quaest. 5. Angel. vbi Augusti. ad eum in traeta. maleficio verbo pro quibus Antonius fideiussit: & dixit communem sententiam Dida. li. variarum resolutio. 2. ca. 8. nu. 8. Marfil. in rubri. de fideiuf. nu. 46. versic. Sed numquid Damhode. in pract. crimi. ca. de fideiuf. in causa criminali nu. 5. nisi consuetudine, ut quidam opinantur contrarium fuerit obtentum: quorum opinionem recte improbat Dida. supra nu. 8. versic. Ego vero non video.

Neque a poenis eorum qui seipsum occidunt, vel mutilant, quae multae sunt l. 1. & toto tit. C. de bonis eorum qui an. senten. mor. sibi in seipsum seuiunt & manus iniiciunt violentas Carreri. conf. excusantur illi, qui vel vitae radio affecti, vel doloris impatientia in pract. crimi. §. homicidij nu. 123. Damhode. in sua pract. crimi. ca. 88. nu. 7. & 8.

Et licet bannitum quisque possit occidere, seipsum tamen bannitus occidere non potest Bal. in l. 1. C. de ser. fugi. vbi Iass. nu. 7. & 8. Carre. in d. §. homicidij n. 123. et vnde singulariter Panor. in ca. ex parte ex. de sepultu. docuit, nec ratione vitandi peccati licere seipsum occidere, vel virilia sibi amputare, nisi morbi occasione necessaria: grauisima aduersus contrafacientes poena, imposita l. 4. ff. ad l. Corneliam de Sica. vbi Marfil. Catal. tract. de syndica. nu. 86. Bal. in l. reos nu. 9. C. de accusatio. neq. pretextu religionis id ipsum licet Tirag. traeta. de nobilita. ca. 31. nu. 475. Dida. in clemen. si furiosus 1. par. in princi. nu. 6. ad medium.

Eadem et ratione nemini licet seipsum fame necare Bal. prac. tit. de questio. col. 31. Et imputandum et semper est ei qui aliquem occidit, licet occisus se in manibus occisoris poluerit,

posuerit, & perinde de homicidio puniendus est, ac si inuitum occidisset. Paris. de Pute. tractat. de syndica. in verbo compositio num. 1. 2. & 3. qui ¶ & ibidem voluit, nec id ipsum licere potestati, vel iudici, nisi iuris ordine seruato Marfil. in l. 1. num. 1. ad legē Corne. de Sicca. nec valeret contraria consuetudo, sicut nec ea qua inductum fuisset, vt posset quisq. se in manibus ponere inimici Barto. & Angel. in l. 1. §. non vsq. adeo ff. si quis aparen. fuer. manu. Boeri. decisio. 262. num. 4. vnde ¶ ad institutum nostrum, sicut nemo vitæ, aut membrorum suorum Dominus est, sic neque liberi arbitrij, aut proprię voluntatis; vnde nequit quisquam se alteri pro seruo donare, aut tradere, adimendo sibi libertatem l. nec si volens l. liberos C. de libera. cau. vbi Bal. & Salice. in summario rationē reddunt quia nemo est Dominus membrorum suorum vel sui corporis.

¶ In ¶ matrimonio tamen quatenus Sacramentum possunt, imo se ipsi coniuges alter in alterum sui corporis transferunt potestatem: ita vt transferens, iam sui corporis potestatem non habeat, sed alter: sic diuinitus docet d. Pau. 1. ad Chorint. cap. 7. glos. 2. in cap. ex transmissa de restitu. spoliato. Domin. conf. 24. num. 3. Barbof. in repetitio. rubr. ff. solut. matrimo. 2. par. num. 78. & hanc differentiam expressit inter matrimonium & ceteros contractus constituit Victor. in relectio. de matrim. num. 5. versic. Sed contra: quem refert Barbof. vbi supra ceterum de hac traditione videnda quę scripsi lib. 1. cōparatio. 13.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pœna solita sunt apponi in casu contrafactio- nis.*
- 2 *Pœna in matrimonio non datur.*
- 3 *Pœna in sponsalibus nullius momenti.*
- 4 *Pœna in sponsalibus adiecta ab alijs quā des- pondentibus nulla est.*
- 5 *Pœna ab amicis posita in sponsalibus non te- net.*
- 6 *Pœna in sponsalibus nulla est quando impedi- tur libertas matrimonij.*
- 7 *Pœna in matrimonio non tenet.*
- 8 *Pœna posita in maioratu, vel fideicommissio alicui personæ si contrahat vel non contra- hat cum aliqua, an valida.*
- 9 *Conditio in matrimonio adiecta vt centum sibi mutuo dentur, valida.*
- 10 *Conditio ab vxore posita vt certa sibi quanti- tas a viro detur valida.*
- 11 *Conditio filijs, vel filiabus imposita vt cum aliquibus contrahant sub priuatione heredi- tatis valet.*

- 12 *Conditio contrahendi cum aliquibus personis sub pœna priuationis siue sub conditione siue sub modo valida.*
- 13 *Conditio nubendi sub priuatione hereditatis cum certa alicuius familie persona, va- lida.*

D I F F E R E N T I A. XVI.

CONTRACTIBVS VT OBSER- uetur pœnam adijcere solent contrahen- tes, si non obseruetur iuste exigitur pœ- na, in matrimonio quia Sacramentum minime.

PACTIS, & conuentionib⁹ ¶ solitum a contrahētib⁹ pœnā adijcere nisi obseruentur, & a contrahētib⁹ exigi potest, l. si pacto quo pœnā C. de pact. §. non solum, in verbis optimum erit pœnam subijcere, iusti. de ver. obliga. l. fina. ff. de pacto. stipulatio. l. si quis maior. vbi post Bart. omnes C. de transac.

¶ Sane in matrimonio ¶ ob summam Sacra- menti libertatem diuersum esse iuris cano- nici conditores voluerunt l. fina. Co. de spō- sa. cap. Gemma de sponsa. & quamuis id ipsum Ethnici Iuris Consulti statuissent, qui Sacramentorum vim ignorabant in l. Titia de verbo. obliga. id tamen ex alio statuerunt quia animaduertent matrimonia inuita infelices successus producere nihilq. magis fœderi matrimonij conuenire posse quam liberam & spontaneam voluntatem, quę omnia passim illic, & alibi nostri referunt quę sciens præterea.

¶ Quid autem in sponsalibus & quid in ma- trimonio duplicem inspectionem constituā.

¶ In sponsalibus ¶ pœnam nullius esse mo- menti asserunt omnes in d. cap. Gemma, & ex eodem tex. qui & si loquatur in matrimo- nio tantum ad sponsalia trahendus est, l. ora- tio cum vulga. ff. de sponsalib. sic Barto. Bal. Castre. Cuma. Alexan. Ias. Zaf. & alij in d. l. Titia Henri. Boi. Cardinal. Bellam. Panor- mita. Sicul. & alij in d. cap. Gemma, & mox citandi.

¶ Atq. adeo ¶ veram fore traditionem om- nes intellexerunt, vt docuerint nedum ab ip- sis despondētib⁹ pœnam adiectam nullam, sed & ab alijs vel vti parentibus sponsi, & sponsæ, coniunctisve quouis modo, seu atti- nentibus, eadem enim militat ratio in hac specie; turbaretur enim Sacramēti libertas, & illius impediretur effectus d. cap. Gemma glos. in d. l. Titia de ver. obliga. vbi Bartol. mm. 1. Imo. num. 4. Alciat. 10. Panormit. in d. cap.

- d. cap. Gemma. num. 9. Alex. de Neuo. num. 18. Gratian. regul. 83. num. 15. Didac. de sponsali. & matri. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 5. Benedic. Præpo. Lop. Villalo. Matien. Gra- bi. Arzebe. Lope. Cucus. Perusi. & alij quos coaceruat Sanch. de matrim. lib. 1. dispu. 30. num. 3.
- 5 Sed & in amicis summa ¶ amicitia con- iūctis, idem existimarunt multi, quod ij con- iunctis personis comparentur, Bald. in l. fin. num. 10. C. de sponsa. quem ibi sequuntur alij, recenset nonnullos Sanch. supra num. 3. vers. Item dicendum.
- 6 Atq. idem indistincte vbi ¶ sponsaliorum libertas impediretur, quæ nullo, neq. Regū, aut Principum Imperio restringi potest, etsi ceteri cōtract⁹ ex causa ab eis interdici pos- sint, vt iustus dixi, lib. 2. d. ff. septima.
- 7 Quę de sponsalibus ¶ eadem de matrimo- nio, & maiori ratione, cum matrimoniū Sa- cramentum sit, & liberum d. cap. Gemma. d. l. Titia omnes superius relati, fufe Sanch. d. quæst. 30. Qui latius quæstiones aliquas ad hoc propositum prosequitur, quas veluti ad institutum tractationis nostræ minime per- tinentes subiceo.
- 8 Verum ingens ¶ suboritur difficultas, vt cum in ceteris contractibus pœna sustineat- ur, siue in lucro conliat captando, vel in damno amittendo, nunc id ipsum in testato- re, donatariove recipi possit, aut alio maio- ratum, vel fideicommissum instituyente, vt sic relinquere possint hereditatem, vel primo- genium, vt cum aliquo, vel aliqua contrahe- re, seu non contrahere matrimonium teneā- tur, quę ceterē frequens, & quotidiana est cō- trouertia, & huius duplex est inspectio; pri- ma an inter eosdem cōtrahentes matrimo- nium posita, valida sit, altera, an posita per alias personas.
- 9 Circa primam inspectionem, valida, ¶ cō- ditio est eum, qui matrimoniū contrahit, ad- iecto pacto vt cētum sibi donare mutuo te- neatur cap. fin. ex. de condi. oppo. cap. enim, conditio interpretanda est, vt valeat fauore matrimonij, promissio, vt quāctitas illa loco dotis cedat. Sanē vbi nō ex causa dotis, pro- missio fieret, nulla esset promissio quantita- tis l. si ita stipulatus fuero te sibi §. si tibi nup- sero, de ver. obliga. in verbis, non in dotem stipulatus sit, quę verba si rectius perpendif- sent interpretes, non tam magnam contra- rietatem fore prædixissent, illius tex. cū cex. in d. cap. fina. sic Bart. Panor. Præpo. Alex. de Neuo. Lup. Dida. Brunel. Carreri. Rosel. Syluef. & alij numero plures, quos recensuit Sanch. de matri. li. 1. dispu. 33. nu. 3. & 4.
- 10 Hinc noue infero ¶ quod nullus hucvsque scripsit, sicuti enim valet stipulatio ex parte

virum cum futura vxore, cum vxor illi promit- tit centum, si cum ea contraxerit, sic etiam ex parte vxoris stipulantis certam quantita- tem a viro, intelligetur enim de donatione propter nuptias; Dos enim data donationē propter nuptias meretur. auth. dos data. C. de dona. propter nupti. cum similibus a me traditis lib. 3. quæst. 31. & quæst. 50.

¶ Circa secundam inspectionem, pro ¶ regu- la traditur valere grauamē filio, vel filię im- positum hac lege, vt cum aliquibus contra- hant personis, alioquin hereditate priuentur, vel legato relicto l. cum ita legatum sit, de condi. & demonf. Bart. Oldrad. Benedic. Pala. rub. Xuar. Dida. Acolt. Socin. Alciat. quorum communem dixit opinionē Ludo. Molin. de primog. Hispa. lib. 2. cap. 13. nu. 2. & 3. Telli. in l. 30. Tau. nu. 9. Pelaez tract. de Maiora. Hispa. 1. par. quæst. 50. n. 1. Ex Theo- logis Molin. de iusti. & iur. tract. 2. dispu. 207. Lopezi. in instruc. de matrimo. cap. 41. Sā. h. qui eos recenset lib. 1. de matri. disputa. 33. nu. 7. Siue ¶ grauamen nubendi sub cōditio- ne, siue sub modo fuerit impositū, sicuti post Aretin. Oldra. Dida. & alios resoluit idem Ludo. Molin. supra num. 3. & 4. Gutier. cōf. 18. a num. 1.

¶ Sic omnes illi inferunt, ¶ valere conditio- nem nubendi adiectam filię, vel legatario vt contrahat, cum certa alicuius familie fœmi- na alioquin hereditate, vel legato priuetur d. l. Titio §. 7. de conditio. & demonf. ratio. l. 1. C. de institu. Bal. Salicet. Angel. ibi Bar- tol. & omnes paulo ante citati scripsi fufe, ne eadem repetam lib. 3. quæst. 26. in ea quæstione, an pactum in contractu matri- monij adiectum, quo dictum fuit, vt filius primogenitus, vxorem ducere teneatur, cū consilio vel consensu parentum suorum, aut eorum superstitis, sub pœna priuationis hæ- reditatis, valeat, necne, & quia de his ini- bi multa scripsi, & ad calcem quæstionis, cō- sultat onē in casu singulari adijeci, ad eum locum lectorē reijcio: quid rursus de pœna in nō cōtrahēdo matrimonio nullo imposi- ta vide infra differentia sequenti ad finem.

S V M M A R I V M.

- 1 *Contractus inbitus metu valido nullus.*
- 2 *Verba presentis temporis dispositiue prolata censentur.*
- 3 *Metus implicitam habet ignorantiam.*
- 4 *Contractus metu valido celebratus, valet; sed exceptione infirmatur.*
- 5 *Matrimonium metu contractum nullum ipso iure.*
- 6 *Libertas maior in actibus spiritualibus requiritur, quam in profanis.*

- 7 Metus in matrimonio non principaliter, sed aliunde obueniens matrimonium non infringit.
- 8 Metus iustus non dicitur, qui a iudice incussus est.
- 9 Meticulosus actus minime retractatur et is, cui incutitur iuste offendi potest.
- 10 Metus iustus non dicitur cum quis iuste potuit corrigi, & coerceri.
- 11 Matrimonium metu celebratum, qui incussus non fuit ad effectum illius matrimonij celebrandi non irritat matrimonium.
- 12 Metus is tantum irritam facit dispositionem, qui illatus est principaliter ad eum actum, qui geritur, & ad illius effectum.
- 13 Metus iuste illatus non sufficit ad recindendum matrimonium.
- 14 Matrimonium spirituale iusto metu celebratum, non irritatur.
- 15 Metus, qui non infertur ex causa extrinseca libera non irritat matrimonium.
- 16 Matrimonium contractum a carcerato si non animo contrahendi matrimonium detrusus fuit, non irritat illud.
- 17 Matrimonium contrahens cum meretrice, ut a poena mortis liberetur, non potest matrimonium rescindere.
- 18 Matrimonium contractum a damnato ad mortem si contrahat cum meretrice validum, siue offeratur ab eo, siue a tertio, siue a meretrice.
- 19 Matrimonium contractum a damnato ad mortem per Iudicem cum hoc quod cum filia sua contrahat matrimonium, non irritatur.
- 20 Matrimonium contractum a condemnato ad mortem sub conditione ut contrahat cum filia occisi validum.
- 21 Matrimonium contractum ab obcesso a principio cum filia obcedentis validum.
- 22 Matrimonium contractum a reperto in strupo, cui metus fuit incussus a parentibus eum occidere volentibus validum.
- 23 Matrimonium contractum ab eo, qui grauissimo morbo laborat, cui medicus non aliter mederi vult, nisi contrahat cum filia sua validum.
- 24 Contractus per medicos inuti cum infirmis invalidi.
- 25 Matrimonium corporale siue spirituale contractum metu maris, tempestatis, vel alterius periculi validum.
- 26 Matrimonium metu contractum cum incerta muliere decertis, validum.
- 27 Consensus datus in electione incerta persona, validus.
- 28 Matrimonium metu contractum in presentia consanguineorum non irritatur.
- 29 Matrimonium contractum in presentia consanguineorum, quibus non satis est ad resistendum violentiae nullum.
- 30 Protestatio in matrimonio metu celebrato necessaria.
- 31 Protestatio in matrimonio meticuloso non requiritur.
- 32 Protestatio in matrimonio meticuloso, sola non irritat matrimonium nisi alijs coniecturis metus probetur.
- 33 Matrimonium metu contrahens si neq. protestari audeat timens ne protestatio veniat ad notitiam patris, licet omitatur non nocet.
- 34 Protestationes sufficiunt in matrimonio coacto.
- 35 Protestans in matrimonio meticuloso consummando matrimonium, non videtur recedere a protestatione.
- 36 Protestans in matrimonio meticuloso, quando videtur recedere a protestatione consummando matrimonium.
- 37 Auctoritas conciliatio noua.
- 38 Protestatio sola non probat metum nisi metus probetur.
- 39 Matrimonium meticulosum non ratificatur nisi adhibita solennitate Concilij Tridentini.
- 40 Solemnitas Concilio Tridentino requisita in ratificatione matrimonij meticulosi non requiritur cum a principio contractum fuit cum dicta solennitate.
- 41 Dotis constitutio, metu celebrata nulla.
- 42 Sacramenta baptismi confirmationis, & reliqua praeter matrimonium cum metu accepta valida sint.
- 44 Matrimonium metu contractum, ubi metus fuit principaliter incussus ut matrimonium contraheretur nullum.
- 45 Distributiones quotidianae debentur Sacerdoti egrotanti culpa sua.
- 46 Matrimonium summam desiderat libertatem.
- 47 Contractus a medico cum infirmo celebratus nullus.
- 48 Matrimonium contractum metu per eum, qui in strupo repertus est, & per parentes coactus nullum.
- 49 Distinctio grauis in questione instituta.
- 50 Iudex qui vim facit iure permitente non dicitur iniuste facere.
- 51 Matrimonium metu contractum metu iusto secundum multorum opinionem minime infringitur.
- 52 Lex si mulier ff. de eo, quod metus causa, declaratur.
- 53 Patronus ob ingratitudinem commissam aduersus eum, libertatem reuocare potest.
- 54 Medicus matrimonium extorquens ab infirmo non recte agit.
- 55 Metu excommunicationis aliquid faciens, actum infringere possit.
- 56 Professio a monacho metu facta, & iuste incussus non irritatur.
- 57 Voluntatem metu tempestatis, aut morbi emissam non irritatur.

Metus

DIFFERENTIA. XVII.

CONTRACTVS METV CELEBRATUS, non ipso iure nullus, at matrimonium quia Sacramentum, metu contractum omnino nullum, quod rursus nouo Concilio Tridentino, multa eleganter explicata.



MEMINI me alicubi diserte obiter tamen, an metus cadens in constantem virum, irritet matrimonij contractum, lib. 1. comparatio. 3. num. 47. 48. nunc apertius ea de re ex integro agendum est, quando haec inter contractus & matrimonium quatenus Sacramentum differentia videatur, ut contractus non ipso iure annulletur, sed ope exceptionis, & restitutione petita, matrimonium ipso iure.

Assuerant plerique quorum Bart. primarius videtur huius opinionis assertor in l. metum §. praesenti nu. 9. ff. de eo quod me. cau. contractus & metu in vinum constantem cadente omnino nullos fore, neq. restitutione opus esse quae sequutus fuit vir ille subtilis Fortu. Gar. in commenta. de vlti. sine illatio. 2. 1. nu. 387. irritat enim lex huiusmodi contractus l. 1. in verbis irrita est C. de ref. venditio. cum & enim verba sint praesentis temporis, dispositio a lege prolata censentur, ad glos. & ibi caeteri in l. iudem §. economus, verbo priuatur C. de sacro. Eccles. Tiraq. fufe uti solet in l. si vnquam verbo reuertatur a num. 2. 1. 2. 2. C. de reuo. donatio. his eisdem verbis praesentis temporis, vsus fuit Iuris Consultus in l. qui in carcerem, ibi, nullius momenti est, illo. eo. titu. quod me. cau.

Habet enim metus & in se implicita ignorantia l. si cum exceptione §. in hac actione illo eo. tit. quod me. cau. sane ignorantia consensum praestare non potest, l. si per errorem de iu. om. iu. l. nihil de regu. iur. & sine consensu, obligatio contrahi non potest l. obligationum cum vulga. de actio. & ob.

Contrariam & autem sententia caeteri omnes amplectuntur, & rectius, docetes, huiusmodi contractus mero iure validos, infirmari tamen, quod metus causa actione l. 2. l. si mulier §. si metu ff. de eo quod me. cau. voluntas enim & si coacta voluntas est d. §. si metu. & d. l. 2. vnde consensus minime deficit quam imbecilis & fragilis; multis haec opinio communis argumentis probari possit quae sciens pretereo, cum hodie certissima sit neq. aliquis de ea dubitet glo. in l. 1. verbo irrita. C. de ref. vendi. vbi post Bal. caeteri lass. in l. interpositas num. 2. C. de transf. vbi post eum

- 58 Metus inoffensus a iudice siue ab alio, ut quisquam matrimonium contrahat cum aliquo, matrimonium irritat.
- 59 Metus per leges tantum & ius commune consideratus, irritat matrimonium non aliud.
- 60 Iudicandum in dubio pro matrimonio, nisi adsit metus.
- 61 Iudices Ecclesiastici summa egent prudentia quando de matrimonio meticuloso agitur.
- 62 Ratificatio eandem solennitatem requirit quam actus principalis.
- 63 Ratificatio tempore habili fieri debet.
- 64 Matrimonium metu contractum cessante metu ratificatum conualscit denuo.
- 65 Matrimonium metu contractum vel vita, aut amissionis honorum, vel magne quantitatis, matrimonium irritat.
- 66 Metus uxori illatus, irritat contractum nec censetur purgatus ubi metus durat.
- 67 Ratificationis praesumptio capi non debet ubi alia sumi potest.
- 68 Actus sequens, qui fit in executionem actus meticulosi, si potest aliam coniecturam operari quam ratificationis, ea sumenda est.
- 69 Metus spontanea solutione non ratificatur etiam ubi adest iuramentum.
- 70 Matrimonium meticulosum ratificatum cum solennitate Concilij Tridentini sponte, nullum dici non potest.
- 71 Iuramentum, matrimonium meticulosum non confirmat.
- 72 Matrimonium metu contractum adiecta poena, & renuntiatum, exceptioni quod metus causa, non confirmatur.
- 73 Matrimonium summam desiderat libertatem.
- 74 Matrimonium nullum, nulla ratificatio nec renuntiatio conualscire potest.
- 75 Renuntiationes metus vis, & aliarum poenarum, magis augent praesumptionem metus.
- 76 Clausula illa, non per simulationem, neq. per fraudem, &c. praesumptionem metus inducit.
- 77 Contractu principali nullo dato, & omnes renuntiationes.
- 78 Poena adiecta contractui nullo nulla est.
- 79 Violans fidem de contrahendo matrimonio in casu licito, nullam incurrit poenam.
- 80 Contractus ubi ex facto proprio descendit, & est nullus, contrahens nullam incidit in poenam.
- 81 Contrahens contractui nullo, adiecta poena in eam non incidit.
- 82 Ratificatio actus, non lecto principali instrumento, nulla.
- 83 Prohibitus oponere exceptiones aduersus aliquem contractum, potest nihilominus dicere instrumentum non esse instrumentum.
- 84 Exceptio quae pendet ab effectu nullitatis, reiecta non censetur.
- 85 Nullitas actus, non est exceptio sed defectio.

Deci. Cur. & Padill. nu. 4. C. de transactio. & multis relatis dixit receptam Bursa. consil. 72. num. 2. i. lib. 1. Grät. conf. 87. nu. 2. lib. 1. conf. 8. num. 2. lib. 2. Seraphi. de vi. iura. pri. ui. 100. Socin. iuni. conf. 77. num. 20. lib. 1. Gramma. decis. 101. Riminal. conf. 5. nu. 32. lib. 1. Ioseph. Ludouj. decisio. Luca. 18. n. 12. Menoch. conf. 2. num. 17. lib. 1. Barbof. in rubr. ff. so. matr. 4. par. num. 28. & nouissime Honded. conf. 23. num. 4. & 45. Surd. conf. 37. nu. 19. & 20. lib. 1. Ex Theologis sequuntur Ricar. Paluda. Henri. Philiar. Ledef. Lopez. quos citat & sequitur Sanch. de matr. lib. 4. disp. 8. num. 4. ad finem. Multa ex hac communi traditione inferunt interpretes, que vt extra institutum tractatus prætereo; Multos rursus adferunt casus in quibus ipso iure contractus rescinduntur, nulla quod metus causa actione instituta, quos etiam prætereo, Ceterum ad propositum nostrum, vñ adferunt & insignem, matrimonij in quo matrimonium metu contractum omnino nullum esse voluerunt cap. cum locum vbi glos. & Panormi. nu. 2. de sponsa. Reddit ratione Panormi. distinguens matrimonium quatenus Sacramentum à cæteris contractibus, ibi num. 6. *qui inquit, ceteri contractus, & si validi sint, quamuis metu celebrati, possunt tamen per iudicem facile irritari, metus causa actione, matrimonium autem, cum sit Sacramentum indissolubile nisi vel per religionis ingressum, vel dispensationem Pontificum, ante illius consumationem infringi per Iudicem Ecclesiasticum non possit, & cum copula nature facili impulsu, consumetur, nulla sub celo potestate irritari possit.* Addit & Panormi. num. 2. in actibus spiritualibus maiorem exquiri libertatem quam in profanis & temporalibus. Et præter tex. in d. cap. cum locū, id ipsum probat tex. in cap. veniens in 2. ex. de sponsali. cap. significauit de eo qui, in matrimo. quam pol. receptissima omnium opinio, post Panorm. & glos. in d. cap. cum locū Alexan. conf. 156. num. 3. lib. 5. Corn. conf. 41. lib. 2. Riminal. iuni. conf. 15. nu. 8. lib. 2. Gra. respon. 39. num. 8. lib. 2. Turet. conf. 28. num. 1. Boeri. conf. 70. num. 43. Bursat. conf. 72. nu. 27. lib. 1. Fran. à Pon. conf. 44. nu. 10. Neuz. conf. 46. num. 1. & 37. Rebuf. conf. 115. num. 17. Azpil. conf. 3. num. 1. 2. 3. tit. de his que vi. lib. 1. conf. 4. ca. 5. num. 1. 2. 3. eod. titu. nouissime Monal. conf. 13. n. 1. lib. 1. Treuisan. decis. 63. consentiunt Theologi innumeri quos refert & sequitur Sanch. tract. de matr. li. 4. disp. 12. n. 16. 17. & 18. vbi & in vtroq. foro verum dixit.

Verum cum interpretes nostri indifferimatum loquantur necesse est diligenter singularum traditiones exquirere, & in quib. ca-

sibus loquantur animaduertere: id autē duplici inspectione proposita contingere potest, Prima, quid vbi metus incussus nō fuit, principaliter ad extorquendum matrimonium, Secunda, quid vbi principaliter vt metu passus contraheret, & fuit iuste incussus. Tertia quid vbi fuit iniuste incussus. Circa primā inspectionē & hæc ex ordine regula obseruanda.

Quotiescunq. metus incussus nō fuit principaliter ad extorquendum matrimonium, sed aliunde habuit originē siue is desinat à causa naturali, siue libera non reddit dispositionem nullam consequenter, nec matrimonium: Rationem eam nostri reddiderunt, quoniam actus ille meticulosus non ab alio quam à sui ipsius nequitia & iniquitate meticolosi descendit, proinde voluntarie elegit actum illum vt maius euitet malum: hanc ipsē traditionem velim varijs ornare exemplis.

In primis cum iustus esse metus debeat isq. à meticoloso probandus l. interpositas C. de transf. l. metum l. fina. in prin. ff. de eo quod met. cau. Iustus & nō is iure dici potest qui à Indice præcipiente incussus est, sic erudite Bald. in rubr. ex quod met. cau. is mili. hæc prodidit traditionem: in his actibus, qui aduersus aliquē iuris rigore excusentur, minime metum considerari, quoniam id iudiciorum vigor postulat l. inter stipulantem §. 1. de ver. obliga. morum disciplina (hæc verba Bal.) administratio iustitiæ, Addit ille, talis metus laudabilis est neq. rescinditur factum ex metu, idem Bald. in l. 2. C. de his qui per metum iud. non appell. Castren. & Iass. in l. cum aliquis per illum tex. in verbis, per competentem Iudicem eum compelli. C. de iud. delib. l. 3. in verbis, si paruerit domino, C. de hed. institu. glos. in l. si quis ex aliena, verbo non fuerit ff. de acqui. hered. Mascard. qui alios multos nō tamen de superioribus recordatus tom. 2. de proba. conclus. 1051. num. 31. Huc pertinet tradit. Bartol. & in l. de pupilla. §. si quis ipsi prætori ff. de no. oper. nuncia. is docuit actum, Etsi meticolosum minime retractari actione quod metus causa, nisi probetur timentem, iniuste potuisse offendi, quod si ait ille Iudice sic iubente & exequente metus iniiciatur, metus exceptio nō proderit. Bart. sequitur Deci. conf. 41. nu. 8. & 9.

Tertio scripsit Anchar. & conf. 410. nu. 1. 2. & sequenti, non eum recte dici posse meticolosū, qui iuste potuit corrigi & coherceri.

Quarto, Innocen. & docuit in cap. cum locum de sponsali. matrimonium metu celebratum non tamen à metu incussum ad effectum illius matrimonij contrahendi, nō irritare matrimonium, non enim metus (vt ille ait) irritam facit alteram dispositionem, que post-

posteriorem respicit actum sed priorem; Innocen. sequuti sunt inibi Anton. & alij Bart. Imol. & ceteri in l. qui in carcere ff. de testi. alij in l. qui in carcere ff. de eo quod me. cau. Lofred. conf. 48. num. 17.

Quinto opitulatur traditio & Anguisol. conf. 148. nu. 28. lib. 1. post Bal. in tract. scismat. is scripsit eum solum metu irritam facere dispositionem, qui illatas est principaliter ad eum qui geritur effectum: subinde infert, sententiam principis ex qua metus in illa specie deducebatur, nullam quod metus causa exceptionem producere potuisse, quoniam sententiā nō fuerat causa proxima metus, sed remota.

Sexto respondit Azpil. & conf. 27. tit. de regul. 1. part. metum qui iuste infertur alicui non sufficere ad rescindendum matrimonium, vel illius promissionem l. si mulier ff. quod met. cau. quo tex. aperte probatur, promissionem à liberta patrono factam, ne ingratitude à se admittia in pristinam reducat seruitutem, non eo prætextu infringi posse, quod metu amittendi libertatem, facta fuisse dicatur, iustum enim patroni liberta metu incutit; ex quo tex. & Bal. traditione inibi respondit. Azpil. illic, sumpto. argu. à matrimonio carnali ad spirituale, professionē mulieris ad carcerē & damnatā per Roma. Poti. & ab eodem de carcere liberatā, sub conditione, vt monialis fieret, valere, neq. metu infringi posse: sic de eum idē Azpil. ibi nu. 3. principis remissione absolutum delinquentem, vt contrahat matrimonium, contracto illo minime posse illud metu irritare, nō enim fuit illi illatus metus vt contraheret matrimonium, sed magis ablatus, qui aliter penā mortis vitare nō poterat: vbi & alijs ibidem comprobatur.

Septimo docuit & Dida. in Epito. de sponsa. 2. par. cap. 3. §. 4. nu. 16. metum qui nō infertur ex causa extrinseca libera non irritare matrimonium, vt cum matrimonium ab aliquo contrahitur metu mortis instantis, feræ beltiæ, aut interni; sequuntur ex Theologis Henrriq. Vinal. Manuel. Ledef. Lopez. & alij quos sequitur & refert Sanch. tracta. de matr. lib. 4. disp. 12. à num. 4.

Octauo Innocen. & in d. cap. cū locum de sponsa. nu. 2. in ea fuit sententiā vt existimet, matrimonium contractum aduerso in carcere, si non animo contrahendi matrimonium detrusus fuerit, minime irritari matrimonium tanquam metu celebratum, & si enim metus carceris grauis sit, & contractus à carcerato celebrati nulli sint. l. qui in carcere cum vulga. ff. de eo quod me. cau. quia tamen metus non fuit incussus ea mente, vt matrimonium contraheretur, validum iudicabitur Innocen.

Decimo quarto & receptissimum est, repertū in stupro virū à parentibus, vel consanguineis, eundemq. ob id occidere volentibus si is sua sponte matrimonium offerat, valere matrimonium, quia viam sibi sponte elegit, qua possit mortē vitare, & quia me-

sequuti sunt ibidē Anto. de But. nu. 2. Panor. n. 9. Card. 3. Alex. n. 12. & alios recēfuit qui eosdē sequitur Gutier. de cōtrac. iura. 1. par. cap. 57. n. 4. & 5. Sanch. d. disp. nu. 6.

Nono ad stipulatur traditio Domi. de Sot. in 4. dif. 29. quæst. 1. arti. 3. scripsit offerentē in matrimonium damnato ad mortem, meretricem, quo ille incolumis euadat, liberato eorē rescindere post cōtractū, quoniam voluntarie hanc elegit viam vt à morte liberaretur, sequuntur Dida. supra Ledef. Lopez. Henri. Vinal. Cordu. & alij quos citat, & sequitur Sanch. d. disp. nu. 8. Cancr. in res. solu. lib. 3. cap. 11. nu. 56. vbi & citat decisio. Rotæ in nouis 497. 1. par.

Decimo ita & vera superiora censentur, vt addiderint magis superiores interpretes, siue offeratur matrimonium damnato ad mortem, ab eadem meretrice, siue à semetipso, siue à tertio, sic Ledefm. Cordu. Lop. Henri. Sanch. supra num. 9.

Quinimo turpius & videtur, & si idem Iudex, qui ad mortem damnauit, matrimonium damnato offerret de filia sua, non enim nec tunc irritari posset, quoniam non ad extorquendum matrimonium incussus fuit timor mortis, sed à sua nequitia, & delicto, & modus, cautelaq. damnato datur, qua mortem auferat. sic nunc citati Dida. Ledef. Cordu. Vinal. Lopez Vera Cru. Henri. & alij quos probat Sanch. d. disp. nu. 10.

Duodecimo, & sustinent fere omnes consuetudinem, qua in aliquibus locis iuste capto, & condemnato de homicidio ea lege mortis supplicium condemnatur, vt filiam occisi in vxorem abducatur, vel alterā illius consanguineā: similiter cū vir panam vxori adultera remittit. dū religionē profiteatur, quoniam non metus incutitur ad finē extorquendi matrimonium corporale vel spirituale, sed ad penā vindictam tollendam, quam non aliter fugere posset Azpil. conf. 8. titu. de his que vi. me. cau. nu. 2. 3. & seq. & sequitur Sanch. d. disputa. 12. num. 12.

Decimo tertio & ex sententiā Cuch. Domi. de Sot. Ledef. Lopez. & aliorum Theologorum scripsit Sanch. supra nu. 23. obsidium principem ab altero, cuius vim, & obsidionem aliter vitare non potest, nisi offerendo matrimonium cum filia obsidentis, tam valide cōtrahere, vt metu post matrimonium irritari non possit.

Decimo quarto & receptissimum est, repertū in stupro virū à parentibus, vel consanguineis, eundemq. ob id occidere volentibus si is sua sponte matrimonium offerat, valere matrimonium, quia viam sibi sponte elegit, qua possit mortē vitare, & quia me-

tus non fuit sibi incussus eo sine: vt matrimonio contraheret, sicut ex Viual. Angles. Henrri. & alijs deducit Sanch. nu. 14.

23 Decimo quinto, & illud creditum, morbo graui oppressum, cui medicus non aliter medellam prestare velit, nisi illius filiam in vxorem ducat, valide contrahere, non enim medicus mortis timorem incutit, sed morbus, & medicus matrimonium in stipedium operæ suæ petit Ledef. Domi. de Sot. Lopez Cordub. Vega quos sequitur Sanch. supra num. 15.

24 Verū hæc traditio quo ad & medicos pertinet suspecta est, nā lex omnes irritat contractus gestos per medicos cum infirmis, ne sic pollicitationibus, & promissis ob summum consequendę salutis desiderium, infirmi, quę vellent, medicis pollicerentur l. medicus ff. de var. & extra. cogni. vbi glo. similis adiunxit textus in l. si per impressionem C. quod me. cau. l. ante penul. de professio. l. illicitas ff. de offi. p̄sid. l. fina. §. 1. ff. quod me. cau. & cum matrimonium contractus sit iurisgentium, eam ob causam irritari à lege potuit; sicuti omnes fatentur; vnde non admodum tutę videntur multę ex superioribus traditionibus, quibus docuerunt interpretes, minas à priuatis illatas personis, & si minus principaliter vt matrimonium extorqueatur non irritare matrimonium, dixi priuatis, vt excludam Iudices, & publicas personas metu secundario inferentes vt dicā inferius inspectione secunda. vbi ostendam metum illatum à patre vel fratribus defloratę virginis irritare matrimonium.

25 Et generaliter proditum, & nedum metū huiusmodi ab hominibus incussum minime irritare matrimonium, sed & eum, qui casu vel tempestate, aut morbo incussus est, non infringere matrimonium spirituale vel corporale, si quis igitur, in maris tempestate, vel alio periculo; morbove detentus meretricę, aut pauperulam aliquam in vxorem ducere voueret, dum Deus ipsum ab huiusmodi periculo liberaret, metu ille non infringeret matrimoniū Didac. supra Domi. de Soto, Pela. Angles. Ledef. Henrri. & alij ex Theologis, quos sequitur, & refert Sanch. d. dispu. 12. num. 4.

26 Hęc omnium & traditio tribus modis extenditur primo, & si quis cogere contrahe- re cū incerta muliere de certis, etsi enim valeat argumentum de carnali matrimonio ad spirituale regulariter, & valeat electio, & si metu facta quando de incertis facta asferitur, cap. 3. §. ceterum de electio in 6. Panor. in cap. cum terra. nu. 4. de electio. Quoniam & cum eligitur incerta persona, adest consensus, & illius libertas, proinde electio

27

vt libera valere videatur Prepo. in cap. cum locum nu. 8. de sponsali. Felin. post alios à se relatos in cap. in presentia nu. 37. de proba. Iaff. in d. l. Titia nu. 6. de ver. ob. Neuzan. in Syl. nuptia. num. 119. quibus moti rationibus citati interpretes hanc sequuntur opinionem: quia tamen longe maior ratio militat in matrimonio quam in electione aliarum rerum ob summam illius libertatem, tum & quia matrimonium vnum est ex septem Ecclesię Sacramentis, & conferens gratiam: sicuti hodie diffinitum fuit à Concilio Tridentino verior altera opinio censenda, quam recte probat Sanch. de matrimo. lib. 4. dispu. 12. num. 20. cuius sententiam libenter amplector, post veteres, qui eandem priores tenuerunt: Fortu. Dida. Padill. Cuchu. Philiar. & alij ab eodem Sanch. supra citati.

28 Declaratur dupliciter superior & inspectio, & omnia in ea tradita, primo nisi matrimonium metu, & vi contractum celebratum fuisset in presentia consanguineorū, & affiniū, cessat enim tunc metus præsumptio, sic multis relatis, scribit Mascard. de proba. conclu. 1051. à nu. 23. & sequen.

Verum neq. hæc opinio iusta omnino est, non enim vt inquit Bart. & alij cessat metus, sed præsumptio metus, vnde metū allegans dum clariores metus coniecturas adferat, auditur, sicuti autoritate Felin. Burg. de Paz. Gomez & Gutier. ostendit idē Sanch. supra num. 21.

29 Sanē vbi presentia & consanguineorum, & affinium, vel amicorum non satis esset ad resistendum violentię, seu coactioni illius, qui metum infert non præsumptio metus cessaret, quemadmodum post Iaf. Boeri. Hip. Angel. & Deci. rectē scripsit idē Mascard. supra nu. 24.

30 Declaratur secundo dum & metum passus protestetur se metu matrimoniū cōtrahere, existimāt enim multi necessariam fore protestationem Bero. quęstio. 84. nu. 6. post Bal. in rubr. C. si quis atte vel 51. Alexan. conf. 246. nu. 31. lib. 5. Socin. seni. conf. 45. nu. 1. lib. 1. Honde. conf. 29. num. 12. Crauet. conf. 461. num. 4. lib. 3. Tibe. Decian. respon. 41. num. 122. lib. 2.

31 Contrariam & opinionem vt nulla requiratur protestatio in matrimonio coactio tenuit aliquibus motus rationibus Deci. conf. 219. nu. 17. idē in l. in omnibus nu. 10. & 11. de reg. iu. Mandel. conf. 77. nu. 15.

32 Tertiam deligentes & opinionem alij, existimant solam protestationem non irritare matrimonium metu contractum nisi alijs metus probetur coniecturis Innocen. in ca. causam matrimonij de offic. deleg. quem sequutus

sequutus est Angel. in l. metum autē ff. quod me. cau. & hos sequutus fuit Barbo. inter consilia matrimo. conf. 24. num. 15. versi. Et quod hæc protestatio.

33 Ceterum Hippoli. Riminal. & pulchre, & erudite inter cons. matrim. conf. 67. nu. 27. respondit eum, qui contrahit matrimonium ob iustū metum, si nedū non audeat contradicere, sed neq. protestari corā alijs, quod timeat ne protestatio illa clandestina nota sit parti metum inferenti, licet omittatur protestatio, poterit metum passus, post matrimoniū infringere ex glo. in ca. 1. de eo. quod me. cau. quam inibi sequitur Panor. lasso. & alij ab eo adducti.

34 Porro Marti. de & Gara. inter cons. matrimo. conf. 15. n. 34. scripsit, protestationes sufficere in matrimonio coactio, & post alios à me citatos supra n. 25. id ipsum respōdit Riminal. d. conf. & hæc ipsa receptior est nostrorū opinio videtur. ca. 1. de his quę vi. vbi Innocen. nu. 3. Panor. num. 14. Anchar. nu. 8. Alex. de Nei. nu. 13. Prepo. num. 2. plures Mascard. de proba. conclu. 1248. num. 13. Bero. conf. 25. nu. 9. lib. 1. qui omnes fatentur à præcedenti protestatione & metuloso, non recessisse videri illū, qui post protestationem, matrimoniū consumauerit, sicut & resoluit nouissime conf. decif. Monal. conf. 13. nu. 10. & seq. lib. 1. & ex Theologis Syluest. Tabien. Henrri. Ledef. Manu. & alij multi quos refert & sequitur Sanch. tracta. de matri. lib. citato.

35 Conciliant & quidam contrarias opiniones, & recte vt mihi videtur, vt opinio affirmantium protestationem requiri procedat quando protestatio fieri potest tuto, & citra periculū protestantis alioquin si vis vrgeret, & fieri in actu ipso matrimonij nō possit, tūc secūda obtineat sententia protestationē non requiri, non enim tenetur quis protestari, cū periculo vitę, vel sui detrimenti, seu alterius coniuncti, vnde si daretur occasio, & parte absente, quę vim infert fieri protestatio posset tutius foret protestari glos. 1. in ca. 1. vbi alij ex. de his quę vi. me. ve. cau. ff. Deci. in l. pacta nouissima ad finē C. de pac. Mandel. d. conf. 16. Honde. qui multos d. conf. 29. num. 56. Mascard. de proba. conclu. 1051. n. 10. Ripa. in ca. cum M. Ferrariensis nu. 93. de cōsti. & videtur innuere Surd. decif. 194. nu. 26. & expræsim Rimi. iuni. in d. conf. 67. num. 27. inter matrimonialia.

36 Ego vero & aliter conciliare solitus sum, licet superior non displiceat, aut loquimur in ceteris contractibus quā matrimonij, tūc necessaria est protestatio, & tunc procedat magis cōmunis sententia, aut loquimur in cōtractu matrimonij tunc nulla requiritur protestatio, ratio ad manū est vera & certa, quia

37

cū vt superius ex cōmuni resoluimus metus & coactio reddant matrimonij contractum nullū ipso iure, nulla certe requiritur in actu nullo protestatio, & frustra expectatur euentus, cuius effectus nihil potest operari iuribus notissimis, verum cum alij cōtractus etsi metu initi mero iure teneant, protestatione opus est, & hæc ipsa veritas.

38 Protestatio & autem sola non probat metum præcessisse nisi aliter probetur Mascard. d. conclu. 1051. num. 9. Honde. d. conf. 29. nu. 54. Alba. conf. 198. nu. 32. li. 1. Anguisol. conf. 48. nu. 20. Ripa. in d. cap. cum M. num. 91. 92.

Nec si post ratificaretur matrimonium valeret, nisi adhibita solemnitate Concilij Tridentini. sicuti autoritate Martien. Guti. & aliorum scripsi compara. 3. nu. 51. lib. 1.

39 Nisi matrimonium & illud metu, & vi contractum eo tunc contractum fuisset cum debita solemnitate dicti Concilij, quia & si nullum dici posset vt ostendi d. compara. nu. 51. noua solemnitate, quę iam adhibita fuerat in principio in ratificatione necessaria non foret, id enim receptissimum est matrimonium nullū ex aliquo defectu, celebratū tū iuxta formā Concilij Tridentini, si post ratificetur non eget noua solēnitate sicut multis ostendit rationibus Azpil. cōl. 32. sub tit. de sponsali. lib. 4. vbi id declaratum fuisse per R. Ponti. Pium Quintum & post a prætorio penitentiarię affirmat: id ipsū testatur Hērri. lib. 11. de matrimo. cap. 3. num. 6. & alios innumeros ex nouissimis Theologis eadem hodie amplecti sententiā refert Sanch. tracta. de matrimo. lib. 2. dispu. 37. num. 1. & seq. maxime num. 3. in versi. Tandem quia: Et in terminis & specie quæstionis nostre de matrimonio metu contracto Lopez Henrriq. Ledef. quos refert, & sequitur idem Sanch. supra num. 4. versi. Hinc intetur: Et ego ipse lib. 2. diff. 12. num. 160.

40 Quinimo & dotis constitutio metu celebrata nulla est ipso iure glos. in c. 2. verbo, coactio, d. his, quę vi sicuti post Hostien. Ioan. Andr. Anchar. Bald. Fulgo. & alios decidit Gramma. decif. 103. num. 68. alios recensuit Barbo. in rubr. ff. de matri. 4. par. nu. 28. Padill. in d. l. interpositas num. 7. C. de transactio. etsi aliqui dissentiant, quod vt extra institutum tractatus omittam.

42 Verum miretur & nullus cur Sacramentum baptismi, cōfirmationis & reliqua Sacramenta præter matrimoniū coactio, & metu accepta valida sint ex cōmuni, canonistarū, & Theologorū, matrimoniū vero nullū sit ipso iure, quoniā matrimoniū quatenus cōtractus potest irritari ab Ecclesia sicuti irritauit, vbi metu contractū fuit, & in alijs plerisq. casibus

iuris, quos nunc referre ut omnibus notissimos superfluum existimem: nam & nouo iure Concilij Tridentini id ipsum effectum quod minime contraheretur, non adstante parcho & testibus, sicuti late scripsi li. 2. diff. 11. a. n. 1. cum sequenti reliqua Sacramenta ab Ecclesia irritari nequeunt: nouissime id ipsum Sanch. trac. de matrimonio. li. 4. disp. 12. n. 26. vers. Ad tertium circa secundam inspectionem. quid ubi metus fuit illatus principaliter & iuste ut contraheretur matrimonium varia sunt interpretum sententia & crediderunt multi omnino nullum, & si metus, vel vis iuste inferatur, quorum opinio valide confirmatur tex. in d. c. veniens in 2. ex. de spofali. quo aperte probatur irritum fore matrimonium, cum pater vel consanguineus virginis stupratoris in flagitio repertus, matrimonium contrahere coegerit, cum tamen iuuenis sponte matrimonium elegerit, quo sibi cautum magis esset, & mortem forsitan, & aliud graue damnum vitaret. Nec refert an culpa iuuenis id contigerit, cum ea non immediate ad casum respexerit, idque sufficit ea, quia diuersitate de con. praeben. ornat multis Feli. in c. cum inter n. 20. de exceptio. & debentur & distributiones quotidianae Sacerdoti, qui Gallico infectus morbo, & sua culpa ad Ecclesiam ut diuina perficiat, tendere nequit resoluit Dida. li. 3. resolutio. 3. nu. 8. vers. Septimo quotidianae distributiones & lib. 2. cap. 16. num. 9.

Secundo & haec maxime iuuat ratio, quod non possit quisquam propria autoritate sibi ius dicere. L. v. c. ne quis in pro. ca. l. qui iurisdictioni praest. de iur. omni iudi. Et praeter Romanos Pontificis, Imperatoris, & Reges non recognoscetes superiores, nulli ex inferioribus licet magistratibus, & dominis temporalibus sibi ius dicere in propria, vel suorum causa, sicuti latissime scripsi in commenta. de priuata singulorum potestate, & iurisdictione lib. 1. a. c. 1. cum seq. Deo duce illico adendis. Quinimo Iudex id faciens ut priuata persona vim inferre censetur, proinde illi iure resisti posse l. prohibitum de iur. fil. cum alijs multis a me illic adductis.

Tertio & matrimonium summam desiderat libertatem ut non semel in superioribus dixi ex c. Gema. de spofal. & d. l. Tertia. de ver. oblig.

Quarto constat legem irritare contractum a medico cum infirmo celebratum, quo infirmus medico aliquid pollicetur ut sanitatem consequatur l. medicus ff. de va. & extr. cogni. cum alijs multis a me citatis supra nu. 24. quae me hoc in loco iterum reficere inibi dixi: improbat enim lex, oppressiones iudicum, & magistratum, & priuatorum, quibus subditos, & si indirecte compellunt metu potestatis, vel alia quavis ratione, vnde haec tenuit sententiam glo. prior. in d. c. veniens. in 2. de spofa. per illum tex. Hof-

tien. ibi & post eum Ioan. Andr. n. 8. Anchar. nu. 6. Henri. n. 3. Preposi. nu. 5. Alex. de Neu. nu. 18. Imol. Archidia. Sanch. de matri. lib. 4. disputa. 13. num. 1.

48 Et in eisdem terminis & de viro in stupro reperto per patrem, vel consanguineos virginis, ut coacta ipso non valeat matrimonio, respondit Pet. Barbo. inter con. matri. con. 24. nu. 14. 15. & seq. ex tex. insigni in l. nec timore rem vers. Proinde ff. quod me. cau. Proinde (inquit) tex. si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in ullo flagitio, vel aliquid dedit, aut se obligauit, Pamponius lib. 18. vers. de scribit posse ad hoc edictum pertinere, timuit enim aut mortem aut vincula: quo tex. nullus aptior. in iure: & eiusdem tex. auctoritate in eisdem terminis id ipsum respondit Alexan. inter eadem con. matri. con. 24. nu. 5. & Cui. lib. 3. insti. tit. 1. 2. nu. 160. Et nouissime decidit Triuisan. decis. 63. in 2. i. 2. i. 2. i. 2.

49 Altera fuit opinio & distinguendum, aut metus (inquiunt) fuit lege incusus vel non, priori in casu validum est matrimonium metu lege id permittente, vel percipiente incusso quare si lege vel statuto, virginis stuprator ad mortem damnetur, vel altera poenam, iure magistratus stupratori comminabatur, nisi matrimonium contrahat neque metu contractum irritari poterit: non enim vim inferre Iudex, qui iure & permittente id facit glo. in ca. dilecto verbo metu ex. de his quae vi. l. 3. §. vim ff. quod me. cau. cum plerisque alijs a me adductis in hoc proposito supra num. 8. & 9. in l. no.

Alteram addiderim rationem, quam supra tradidi num. 45. quod Iudex non ut priuatus procedit in hac specie, sed ut Iudex, ille autem ut priuata persona agit Iudex, qui extra iuris ordinem. Quidquam facit l. prohibitum cum vulga. de infes. Tertio quia metum passus sua sponte eam eligit viam, quam legis poenam peruenire possit, ut ex dictis in priore inspectione conitat.

Quarto, quoniam in huiusmodi poenis electio datur metum passus ut se ab ea liberet c. 1. de adul. iuxta communem Iul. Cla. in §. stuprum ubi Baiar. ad eum, in versu. Sed quero quae sit poena & in specie hac vsus fuit distinctione Anto. de But. in d. c. veniens in 2. n. 2. de sponsa. ubi indiscriminatum docuit metum facti non iuris irritare matrimonium. sequitur ex Theologis Manu. Ledes. Cordu. Philar. Ange. & alij quidam quos refert Sanch. tract. de matri. lib. 4. disputa. 13. num. 2.

51 Alij sentiunt & indistincte metum iuste incussum siue iure id permittente, vel non matrimonium minime infringere Azpil. Man. Molin. & alij quidam quorum opinionem sequitur idem Sanch. supra n. 3. quae tamen sustineti non potest: mouentur ex pluribus, quae facile

facile dissoluentur. Primo quia quoties metus incutitur ab aliquo, damni debiti delicto, quod incutiens iuste inferre potest, magis cessatur metus oriri ex lege, & natura delicti, sicque ab intrinseco, quam extrinseco, eo quod iustam ille habeat causam, tanquam; Verum haec argumentatio vera non est: nemini enim conceditur (nisi in casibus a iure expressis) quorum dolos recensent interpretas in l. qui iurisdictioni d. iur. omni. & m. l. 2. C. Ne quis in sua cau. & in l. in priuatis de iudi. sibi ius dicere propria auctoritate, neque metum alicui incutere: Et si Iudices sint, qui hoc tentent, ut antea dicebam, Quoniam tunc & si Iudices, priuate censentur persona, quibus resisti potest: Neque obstat tex. & quo Sanch. mouetur in d. l. si mulier ff. de eo quod me. cau. quoniam patet non incutendo metum libere ob causam ingratitudinis aduersus eam admissam, & ob quam libertatem in seruitute redigere iure permittere poterat, iuste id facere dicitur, iure scilicet auctore sicuti declarat glo. in ibi, & post eam praeteri: inter ceteros enim casus a iure expressos, quibus licet propria auctoritate quidem aliquid facere hic vnus, quo potest, patronus ingratitudinis & commissam aduersus patronum eadem in seruitute reuocare, sicut & donas donatione factam omnino abolere l. fina. C. de reu. domi. vnde tex. ille nedum non iuuat contrariam opinionem, sed omnino meam, quae inferius rectius sentiam ut & supra tetigi, & si nullus hucusque declarauerit nemini licere siue Iudici vel priuatae persona metum incutere ut quidquam faciat, nisi in casibus a iure expressis.

54 Tertio & mouetur argumentatione, quae & supra ex alijs ad uli morbo oppressus, & infirmitatis periculo cum medico ab eo poscenti ut nisi illius filiam in vxorem duceret morbo medicinam nullam adhiberet: sic infirmus contraheret matrimonium, nullum non esse, verum haec argumentatio vera non est, & contra textum in id expressum in d. l. medicus ff. de va. & extr. cog. supra expensam nu. 47. quae si in ceteris contractibus procedit, in quibus metus non ipso iure eos irritat, fortius multo in matrimonio quod metu contractum nullum est, vnde, & alia similia a Sanch. ibidem adducta omnino corruunt.

Quarto mouetur traditione Dida. in 4. 2. par. c. 3. §. 4. nu. 12. is docuit & iustum excommunicationis metum non esse talem, qui cadat in virum constantem, subinde intulit eum, qui metum excommunicationis iuste aliquid facit non posse metus exceptione actu infringere, quoniam haec Dida. traditio probabilis est non necessaria. Secundo necessario restringenda est iuxta superius tradita ad Iudicem iuste & ex causa a iure expressa comminante excommunicationem,

alias si iniusta foret vel nulla quia aduersus iuris regulas iustus foret metus: sicuti & declarauit de Sanch. li. 4. disputa. 5. n. 17. & d. disputa. 13. n. 6. Haec sane traditio iuuat magis quam infringit opinionem nostram, quoniam si iure iubete canonico Iudex ex causa quemquam excommunicaret nisi matrimonium contraheret, matrimonium metu illo infringi non posset, ac si iniuste & aduersus iuris praecipua nullum esset: Et non recte argumentatur Sanch. de la. tronae vel bannito metu inferente alicui, nisi is dicat vxorem alicuius filiam, alique accusatorem illum de delicto a se patratum, quia inquit ex natura delicti metus prouenit; Et si enim delictum poenam mereatur, non tamen comminatione hanc priuata inferre persona potest, quae nullam habeat iurisdictionem. Et si id Indicibus & magistratibus non licet, quanto magis priuatis personis, quibus hac occasione facultas tribueretur innumera contrahendi facere matrimonia, & nullus metus iuste incutitur, nisi id iure fieri possit.

Non obstat quintum ex traditione Azpil. in c. 27. tit. de regula: is respondit votum emissum a monacho, qui ob simoniam ab eo commissam & in arctius monasterium detrudi debuit, qui & in illa religione profiteri cogitur c. de regularibus ex. de Simo. metu commissum votum irritari non posse, sumpto argumento de matrimonio spirituali ad carnale: qui & mouetur ex d. l. si mulier supra declarata. Quoniam & haec ratio magis iuuat opinionem nostram, cum metus ille monacho incusus iustus fuerit, & iure iubente, proinde infringi non potest votum ex d. l. si mulier, quae id expressim probat. sic omnia post similia a Sanchez adducta dissoluantur.

57 Mouentur & rursus eo argumento, quod vi, & tempestate oppressus, aut morbo superatus, si autem uoneat, vel ducturum aliquam in vxorem, aut de ingrediendo religionem, post retractari promissio Deo facta non potest, vel de ducendo in vxorem, quia metus ille non inferretur ex causa extrinseca libere ad extorquendum matrimonium sicuti ex Sot. & alijs supra scriptis nu. 15. nam & haec argumentatio facile refellitur, quia si in iure id permittente licet incutere alicui metum, nec actus post metus exceptione infringi potest, quanto magis id Deo volente, qui suo ineffabili iudicio medijs elementis, & illorum vi sapius multa disponit, quae nobis ignota, sibi soli seruauit, proinde cum elementorum cursus nisi soli Deo pateant, quae eorum vi aguntur id Deo, non elementis tribuenda, sic efficitur, ut & votum, & matrimonium ratum sit & firmum.

58 Verius igitur & esse existimo, nemini Iudicum licere nisi id lex, vel statutum prescripserit, metum mortis alicui inferre cuiusvis delicti,

delicti, & si enormissimi pretextu, nisi alicuius filiam in uxorem ducat, & minus multo priuatis personis; recte igitur à Triuisan. d. decis. 63. eum, qui metu banni nisi uxorem duceret, quam deflorauerat Venetijs vxorē duxit defloratam, matrimonium nullum iudicauit ob summam matrimonij libertatem, quæ opinio tum ex solutione argumentorū, tum ex multis quæ tradidimus in superioribus iuste comprobatur, libenterq. adhæreo secundæ sententię, quam supra nu. 44. & ante. nu. 24. vt is solus metus, qui præter leges incutitur nõ alius irritet matrimoniū, in quo faciles & procliuus ¶ esse oportere Iudices vbi metus, & vis interuenit respondit egregie Alex. inter matrim. cōf. 2 r. n. 1. proinde docuit ibidē singulariter, quod & si in dubio pro matrimonio sit iudicandū, tamē vbi vis, vel metus ¶ adfit minime ex tex. in ca. requi. siuit & in ca. cum locum despōsa. quibus cōstat matrimonia coacta difficiles habere, & infœlices exitus.

61 Sic etiā Hiero. Gab. vir doctissimus conf. 186. n. 1. 2. 3. & seq. respondit Iudices ¶ Ecclesiasticos summa prudentia acturos, vt nõ facile, aut leuiter matrimonia coacta, vel metulosa consumari iubeant, quia periculosos habent exitus, instruit quoq. eosdem à censuris abstinere, quod sapius illis Iudices Ecclesiastici cogant homines ad contrahenda matrimonia, nam (& inquit) eos memores esse oportere, Iudicis metū matrimoniū infringere, vbi pulchra scripsit: Quod si ratificaretur post matrimoniū vi vel metu contractū an nullum esset: sciendum ¶ ratificationes, quæ post initos contractus celebrantur, fieri debere cum eadem solemnitate, qua principales cōtractus fieri soliti sunt, ex communi resoluit Meno. conf. 882. nu. 74. lib. 9. Rursum ¶ & debet fieri tēpore habili, ratificatio nam data inhabilitate extremi corrumpit Bart. in l. vxor §. si quis vxorem ff. de adu. re. fert multos in Bart. sententiā Surd. cōf. 157. nu. 18. idem Surd. decis. 206. nu. 2.

62 Igitur pro regula sit, ¶ ratificationē post contractum matrimonij metulosi vel coacti factam, si libera fuit, cessante omni metu, valere, sin minus eo durante non conualecere, atq. ideo infringi posse matrimonium, sic enim in ceteris contractibus est, qui tamen non tam exactam desiderant sicut matrimonium libertatem. I. si per impressionem C. quod me. cau. Cin. & Bart. in l. 2. illo tit. Angel. in l. ad inuidiam Co. eo tit. Bursa. conf. 72. nu. 27. lib. 1. vbi & alios plerosq. recenset Meno. in commen. de præf. lib. 3. præf. 126. num. 28. & in matrimonio expressim Reme. inter conf. matri. conf. 77. nu. 32.

63 Sive ratificatio fiat ¶ metu vitę, aut bonorum amissionis saltem grauis quantitatis, fere enim vitę, & amissionis bonorum metus pari passu ambulat ca. 2. de eo quod me. cau. l. propter litem de excu. tuto. lass. conf. 165. nu. 2. & 177. nu. 21. lib. 2. Paris. conf. 1. n. 28. lib. 1. Soci. iun. cōf. 177. n. 38. li. 1. Rolan. cōf. 2. nu. 55. lib. 1. Nat. conf. 50. n. 10. lib. 1. Et in terminis contractus matrimonij metulosi Marti. de Gara. inter cōsil. matri. conf. 15. nu. 18. Didā. n. 4. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 18.

64 Et respondit ¶ nouissime Moronti. conf. 75. a nu. 1. metū vxori illatum sufficere ad irritandum contractum, neq. censerī purgatū, vbi metus causa durat: subiungit multorum aūthoritate, nusquā actum subsequentem ¶ ratificationis, metus suspensionem excludere, vbi alia præsumptio, quā ratificationis accipi potest, ex traditione Bart. in l. 2. n. 10. C. his, quæ vi: vnde actus sequens ¶ qui fit in executionem actus metulosi si potest aliā cōiecturā operari quā ratificationē actus metulosi, ea capiēda est Boer. decis. 100. n. 13. Ofas. decis. 179. nu. 11. Mili. latius id ipsum respōdit Azpil. cōf. 2. rubr. de his, quæ vi n. 9. Atzebed. lib. 4. recem. l. 1. titu. 21. num. 195. Garc. tract. de nobilita. glo. 17. n. 46. Graph. par. 2. cap. 12. de matri. nu. 33.

65 Et nouissime in terminis matrimonij metu contracti maxime quando præcesserant protestationes pulchre Monal. cōsil. 13. a nu. 1. per totum lib. 1. quod consiliū est decis. finū atq. ideo in materia magnificandū.

66 Sed & illud ¶ magis, metū spontanea solutione non ratificari vbi iuramentū adfuit, reddunt rationē interpretes, quā & superius tradidī, quod vbi alia præsumptio capi potest, quam purgationis metus ex actu subsequenti, ea capiēda est, at in specie proposita præsumi potest, soluentem metu periurij soluisse potius quam vt ratificaret contractū metulofum cap. debitores de iur. repro. bata glo. in cap. ad audientia in verbo resignationem de his, quæ vi, vt eam reprobandi ibidē Hosti. Ioan. Andr. Panor. num. 3. Anch. nu. 5. Imol. nu. 4. Azpil. conf. 2. nu. 9. sub. rub. de his, quæ vi Padil. in l. interpositas nu. 25. C. de transf. Bursa. conf. 72. nu. 28. lib. 1. Garc. tract. de nobili. glo. 17. nu. 46. Seraphi. de vi iura. priuile. 29. nu. 5. & 6.

67 Sane vbi ¶ matrimonium fuisset à principio contractum absq. solemnitate Concilij Tridentini, vbi ratificaretur sponte, & nullo adstante metu vitæ vel omiffionis bonorū fieri ratificatio deberet cum solemnitate Concilij Tridentini, alioquin nulla foret ratificatio sicuti scripsi lib. 1. compara. 3. n. 52. Cæterum si à principio matrimonium metulofum cum debita solemnitate contractum fuisset, & si nullum, in ratificatione post spontanea,

71 Sequitur ex superioribus ¶ iuramentū cōfirmare non posse contractum matrimonij metulofum ca. 2. de eo qui duxit. Vbi hoc ipsum decisum est: vbi enim metus, vel vis, deficit plena consensus libertas, & spontanea volūtas, quæ in matrimonijs tam necessaria est, d. ca. cum locum de sponsali. Interpretes in d. ca. fina. de procu. in 6. non datur sunt enim durante metu inhabiles ad sic cōtrahendum, & quia iuramentum sortitur naturam contractus, cui adiungitur l. fina. C. de non. nu. pe. atq. ideo iuramentū tacitā tunc recipit conditionem si liberum sit matrimonium, quæ opinio receptissima est, tam eorū, qui scripsere ante Cōcil. Trid. quam eorū, qui post, sicuti post veteres scripsit Patian. tract. de probatio. li. 2. cap. 3. n. 56. Seraphi. de priu. iura. priuile. 110. n. 11. Gutier. de iur. confir. 1. par. ca. 57. nu. 22. Padil. in d. l. interpositas nu. 6. C. de transf. ex Theol. Henri. Ledes. Lopez. Manuel. Vega Anglesi. & alij quos refert Sanch. de matrimo. li. 4. disput. 20. a nu. 11. & sequent.

72 Matrimonium autem coactum, quibus actibus, præsertim an copula spontanea ratificetur, scripsi latē supra li. 1. compara. 3. Quid autem vbi matrimonio ¶ metu contracto nisi obseruaretur, pœna fuisset adiecta, eo amplius renūciatum exceptioni, quod metus causa, metus carceris, mortis, vbi vel strupo admissio, in carcerem iniectus fuisset, & liberatus dum matrimonium cōtraheret, vel si damnatus ad mortē, sic absolutus fuisset vt nuptias perficeret, quo in casu in graui quæstione respondi, neque pœnam in his casibus comitti irritando matrimonium, neque etiam exceptiones illas, etsi in amplissima forma cōceptas, quid quam profuisse ex sequentibus.

73 Primo quia ¶ summam exigit libertatem matrimonium, neq. pœna posse matrimonij libertate cōstringi d. ca. Gemma de sponsa. d. l. Titia de verb. obliga. ex dictis supra.

74 Secundo ¶ quoniam data nullitate matrimonij nec ratificatio, neq. nuntiationes aliqua in consequentiam prodesse possunt sic multorum aūthoritate resoluit Meno. in cōme. de præf. lib. 3. præf. 126. nu. 3. quem & alios plures referens sequitur Grass. tract. de exceptio. vndecima exceptione nu. 44. vbi pulchre subiungit aūthoritate Bald. Alex. & Soci. huiusmodi ¶ renuntiationibus metus, vis, pœnarum & similibus magis augeri metum, quam excludi ex nimia partium cautela: subiungit ille ibidem nu. 45. & 46. ex verbis ¶ illis & clausula, Non per simulationem, neq. fraudem, &c. magis fraudem præsumi,

75 & simulationem quam excludi ex Bald. opinione. Cepol. Barba. & Beccij.

77 Tertio quia ¶ cum contractus principalis ruit, & omnes renuntiationes, & pœnæ in eo oppositæ, vt ab infecta radice descendentes Pinel. in l. 2. par. 1. ca. 2. nu. 26. C. de rescin. vendi. vbi Padil. num. 74. Peralt. in l. cum pater §. a filio n. 53. delega. 2. Gomez in 45. Tau. nu. 30. Pala. rub. in repe. ru. de donatio. in. vi. & vxor. §. 2. nu. 2. 3. & in terminis matrimonij Alex. de Neuo. in ca. 1. nu. 10. de con. lepro.

78 Quarto ¶ proprius accedit traditio Didā. in ca. quamuis pactū 2. par. §. 4. n. 4. de pact. in 6. is docuit nõ valere pœnæ adiectionem, quando principalis contractus est nullus, nisi ratio ob quam infringitur principalis contractus deficiat, quando pœna adijcitur.

79 Quinto, violans ¶ fidem de contrahendo matrimonio in casu licito nullam incurrit pœnam d. ca. Gemma. l. fina. C. de sponsali d. l. Titia.

80 Sexto, vbi contractus ¶ ex facto proprio descendens est nullus, cōtraueniens in nullā incidit pœnam, quinimo libere illum irritare potest l. quemadmodum de Agrico. li. 11. Co. l. iubemus. §. sanē de sacro. Eccles. Bal. in l. 1. C. de li. cau. Alex. cōsil. 125. n. 5. li. 1. Crauet. conf. 175. nu. 6. Afflic. decisio. 335. num. 11. etsi factum foret iuratū Natr. conf. 198. nu. 24. Becci. conf. 90. n. 15. hos & alios refert, & sequitur Moron. conf. 72. nu. 2.

81 Septimo scribit Bertazol. in ¶ l. si quis maior nu. 462. C. transf. posse quemis non obstante pœna de non cōtraueniendo apposita, cōtrauenire cōtractui nullo, & nulliter celebrato; id ipsū latē multis adductis post Meno. & alios ab eo citatos respondit Surd. d. conf. 284. nu. 6. 7. 8. & seq. lib. 2. & his non relatis nouissime alijs tamen adductis Farina to. 1. qq. crimi. quæst. 15. num. 44. rub. de accusationi.

Et quoniam in specie mihi proposita aderat ratificatio matrimonij metu contracti Respondi, ¶ ratificationē non nocuisse, quia non fuerat lectum conuentionis instrumētū, in quo sub pœna grauissima promiserat se matrimonium contracturum non enim ratificatio nocet nisi lecto parti priori instrumētō Iaco. in l. 1. nu. 3. ex illo tex. C. si in cōmuni ead. cau. Florian. conf. 44. Soci. conf. 258. nu. 9. & 10. li. 2. eos refert, & sequitur Burg. de paz. conf. 2. nu. 62.

82 Octavo, ex communi ¶ receptum sentētia prohibuit aliquas opponere exceptiones aduersus contractū, posse nil hominis obijcere, instrumentum non esse instrumentum, proinde potuisse in hoc casu excipere metū passū, matrimoniū nõ esse matrimoniū aūth. Bar.

Bar. Bal. Craue. Vant. Cagno. Tiraq. Natt. Mascar. Rolan. Calca. Soci. Aretin. Meno. & Surd. resoluit Grass. tract. de exceptio. 2. except. a nu. 3. & cum peccauerit ꝛ matrimonij contractus in forma, & illius debita solemnitate, exceptio quæ ab hoc pendet defectu, reiecta non censetur idem Grass. post Barto. Rol. Cefal. Turre. & alios exceptio. 29. n. 1.
 85 Nono, ꝛ quia solum renuntiauerat, exceptioni metus, & alijs quibusdam, & non nullitatibus, potuisse & de nullitate dicere ostendi, quoniam nullitas nõ est exceptio sed defensio, sicuti vere scripsit Deci. in ca. ex parte nu. 76. de off. deleg. & huius fuere opinionis recepre Angel. Bal. Franc. Soci. Roman. Riminal. Cauat. Socin. Thesau. Bologne. Canari. & alij quos longa serie recenset idem Grass. exceptio. 20. a nu. 1. & seq.

SVMRMAIUM.

- 1 Contractus nulli tam pij & iusti, qui ex se ipsis gratiam possint conferre.
- 2 Elemosyna magnæ pietatis apud Deum opus.
- 3 Elemosyna peccata extinguit.
- 4 Elemosyna ex opere operato gratiã nõ confert.
- 5 Matrimonium ex opere operato gratiã confert.

DIFFERENTIA. XVIII.

CONTRACTVS NULLI ET SI Pij & iusti ex se ipsis gratiam conferunt, Matrimonium vero quatenus sacramentum utiq.

VT autem extremo huius libri secundi capiti cum Dei O. M. gratia quam nobis, & si indignis sua maxima bonitate, & miseratione, pijsisimæ filij sui passionem conferre dignetur, finem imponam.

LIBRI SECVNDI DE RITV Nuptiarum Finis.

1 Nullos ꝛ esse vñquam tam pios dixerim tamque iustos contractus, quauis pietate, religione aut elemosyna refertos, qui soli ex se ipsis gratiam possint conferre, receptissima Theologorum sententia creditum est: Nam ꝛ ceteri elemosyna summum fit pietatis opus, ꝛ ea remitti peccata censeantur iuxta Lucæ 11. capi. *Date (inquit) elemosynam, & ecce omnia sunt munda vobis: & Ecclesi. 3. sicut (ait) ignis ardens aqua extinguitur, sic & peccata elemosyna extinguntur.* Tobia cap. 12. *Elemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata, & in 4. Elemosyna ab omni morte liberat, & non patitur animam ire in interitum.*

4 Et sepius apud sacra eloquia: ꝛ non tam ea sola gratiam consequi absque penitentia certissimum est, aduersus hereticos existimantes, ex operibus solis misericordiam, saluos homines fieri posse: vnde illæ & similes sacre scripturæ autoritates ita intelligendæ sunt, vt Elemosyna actus sit grauis, & excellens, potensq. vt ea Deus iuuet peccatorem ne in peccato permaneat, aut quod tollit peccatum, id est penam peccati, quia satisfacit penam peccatorum iuncta penitentia Alfon. de Cas. tract. de heresi. verbo Elemosina, vbi heresim damnat eorum, qui solam existimant Elemosynam sufficere ad gratiam conferendam Spin. tracta. de testa. glo. 6. nu. 1. vsque ad 6. Azpil. ab eo non relatus, in can. quamobrem nu. 9. de penitentia distinct. 1.

5 Matrimonium ꝛ quatenus sacramentum gratiam conferre de fide est; quia Sacramentum nouæ legis, latè post Theologos, & Canonistas Dida. in Epito. ad 4. 2. par. §. vnico nu. 2. 3. & post ab eo illic scripta, diffinitum fuit sacro Tridètino Concilio can. 1. sessio. 24. de matrimo.



DE RITV NVPTIARVM ET PACTIS IN MATRIMONIO CONVENTIS.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.



QUONIAM fuse de Ritu Nuptiarum egimus & vera matrimonij essentia, quia in matrimonijs celebrandis varia solent (vt contrahentibus placet) pacta & conventiones inseri; ex ordine nunc inquirere oportet hoc in libro quæ, qualitate pacta fieri possint, cuius etiam sint roboris, & effectus, quæ sanè tractatio, & frequens est, & utilis, nihil enim magis post ultimas voluntates in iudicijs controuerti solet, quam de his conventionibus, quæ variæ sunt iuxta regionum consuetudines; eas ipsas ea diligentia exquiram, qua potero, simul, & breuitate, & vera quæstionum resolutione: Diuiditur autem liber in sectiones sex prout singularum sectionum præfatio indicabit.

SVMMARIVM.

- | | |
|--|--|
| 1 Pacta omnia inter coniuges recte sunt. | 14 Pacta mulierum quod soluto matrimonio quomodo, dos apud maritum remaneat, non valent. |
| 2 Pacta inter coniuges ita demum valent, si a lege improbata non sint. | 15 Pactum de lucranda dote in casu soluti matrimonij, intelligitur dū maritus prius præmoriatur. |
| 3 Pacta dotibus & illorum iuribus contraria, non valent. | 16 Pactum patris præiudicat filie in dotis restitutione, dum doti nec illius iuribus præiudicium non fiat. |
| 4 Pacta dolosa in matrimonio non valent. | 17 Casus in quibus mulier potest sibi in dote præiudicare, remissius adferuntur. |
| 5 Pacta mulierum aduersus dotes ipsarum inuvalida sunt. | 18 Pactum mulieris marito factum de dote per eum retinenda non valet, nisi ubi vir prius moritur. |
| 6 Pacta mulierum in præiudicium dotium suarum, etiam soluto matrimonio non valent. | 19 Statutum disponens, quod soluto matrimonio dos remaneat apud filios, interpretandum est dum uxor prius moriatur quam vir. |
| 7 Pacta dubia mulierum circa dotes suas nõ valent favore dotis. | 20 Statutum prohibens obligationem bonorum in dotis constitutione seu restitutione illius, nõ valet. |
| 8 Pacta mulierum in dotium suarum solutionibus, etiam in dilatione temporis longiori, nõ valent. | 21 Dos ad patrem reuertitur soluto matrimonio cum onere dotandi iterum filiam. |
| 9 Mulier dotes suas donare non potest. | 22 Extraneus dotans mulierem pacisci non potest, vt |
| 10 Mulier non potest in præiudicium dotis sue quidquam facere. | |
| 11 Pacta mulierum circa dotes suas non valent, nisi ex causa a lege probata. | |
| 12 Pacta mulierum quod mariti in dotis restitutione de dolo tantum teneantur, non valent. | |
| 13 Pacta mulierum quod mariti non teneantur in rebus dotalibus eam præstare diligentiam, | |

- 23 *Stimatio in rebus dotalibus v̄ditionem facit, citra tamen dotis pr̄iudicium.*
- 24 *Pactum aliis illicitum propter dubium euentum sustinetur.*
- 25 *Dominium rerum dotalium in maritū transfertur regulariter, nisi fiat doti pr̄iudiciū.*
- 26 *Pacta mulier renuntiare non potest beneficio l. ubi adhuc C. de iure doti.*
- 27 *Mulier in pr̄iudicium dotis consentire non potest marito alienanti.*
- 28 *Pactum mulieris aliū associantis in dotis sue stipulatione nō valet, nisi in casu soluti matrimonij morte ipsius.*
- 29 *Pacta nullo, conditio dotis deterior fieri potest.*
- 30 *Pacta omnia per quae mulier nubere impeditur, vel tardius nubere, inualida sunt.*
- 31 *Mulier propter publicam utilitatem sibi in dote pr̄iudicare non potest.*
- 32 *Mulier nēdum in dote potest sibi pr̄iudicare, sed neq. in fructibus, & alijs accessorijs.*
- 33 *Pactum mulieris dubium non valet si aliquo in casu potest sibi damnum adferre.*
- 34 *Pactum contractum in capitulis matrimonialibus ut certa portio de bonis viri fideicomisso subiectis detur uxori, soluto matrimonio valet.*
- 35 *Pactum contractum in capitulis matrimonialibus ut certa portio de bonis viri fideicomisso subiectis detur uxori soluto matrimonio valet, id autem intelligitur de deficientibus bonis liberis.*
- 36 *Pacta omnia, quae dotibus favorabilia sunt valent.*
- 37 *Favor matrimonij maximus, ut pacta valeant, quae alias non valerent.*
- 38 *Pacta doti favorabilia ea dicuntur, in quibus dolus, & deceptio abest.*
- 39 *Favor dotis maior est, quam donationis propter nuptias.*
- 40 *Favor dotis, & donationis propter nuptias pari passu ambulant ex sententia Menoch.*
- 41 *Donatio propter nuptias pars censetur contractus matrimonij, & quae sit ratio.*

PRELVDIVM VNIVERSI
Tractatus.

PACTAQVE IN CONTRACTV
matrimonij opponi possint necne, varijs
declaratum exemplis.

QUÆRITVR primo, quae in contractu matrimonij pacta inter virum, & uxorem, & vtriusque partis parentes, & consanguineos fieri possint: Et quidem inter vtrosq. pacta omnia, & conventiones recte

funt, quae seruanda sunt, toto titu. C. de pact. conuen. expressim in l. 1. & 2. illo titu. l. legē C. de pact. Bald. conf. 229. li. 1. idem Bald. Salice. & Angel in d. l. 1. ceteri in d. l. legem Boeri. in consuet. Bituricen. rub. 1. §. 5. glōf. pac̄ion. idem rub. de costu. coner. les marriages §. 1. versi. Nam inter virum & vxorē: Cassa. in cōsuetudi. Burgun. rub. 4. §. 9. n. 1. licet enim pacisci libere, dum pacta & conventiones improbatā a lege non fuerint l. pacta quae contra C. de pact. l. pactum quod dotali r̄lo titu. l. ius publicū ff. eod. Ita fit vt si pacta hae doti & illius iuribus aduerferentur seruanda non essent, tamquā iuri publico, quod in dotium conseruationibus cōsistit §. 1. instic. quib. aliena. licet. §. penulti. Instic. de his qui sunt sui vel alic. iur. l. 1. ff. solut. matrimo. cum inter sit reipublicae mulieribus dotes conseruari ad replendam liberis ciuitatem d. l. 1.

Sic & dolosa si quae forent dotium iuribus, & libertati, aut etiam matrimonio contraria nulla sunt Bal. Salice. Angel. & alij in l. 1. ff. solut. matrimo. Cassa. in cōsuetu. Burgun. rub. 4. §. 19. num. 3. versi. non obstat, & nu. 6. Et si enim pacta propria mulieris matrimonium dicatur l. 3. §. sed vtrum ff. de mi no. nequit tamen de ea, nec volendo inique disponere, vel dote amittēdo, vel minuēdo ipsam aut sibi iterum nubēdi facultatem praescindere l. 1. & tit. C. de indic. vidui. tol. len. Remanent enim mulieres indotatae, & nubere non possent praedefectu dotis l. 2. C. de pac. dota. athen. siue a me C. ad S. Con. Velleian.

Quae & procedunt post soluto matrimonio, licet tunc nō agatur de praedicio viri, ne tamen remaneat mulier indotata non valet pactum in dotis praedicio si damnosum sit d. l. Attillicinus de pactis dota. vbi dixit Bart. quod si non esset lex illa nesciret quid diceret. Imo. & Alexan. in l. si focer §. huius ff. solut. matri. Pau. de Cast. & Alexan. in l. de fideicomisso C. de transact. Docuerunt, & licet pactum propter dubium euentum, cum ad damnum, & cōmodum se habere potest, valeat, etsi casualiter damnū eueniat, tñ dotis fauore nō procedere ex d. l. Attillicinus. Ex quo & tex. Afflic. decis. Neapolita. 154. decisum in illo consilio refert; non valere pactum factum per vxorem haredibus mariti, de nō petendo dote intra annos quatuor, alias quod amitteret quartam, quam ex consuetudine illius Regni deberet lucrari; vbi subdit idem fore in antiphato, quoniam priuilegia dotis ipsi fuerunt communicata. Et sufficit pro inualiditate quod contineat in se longiorem solutionē, sicq. dote in tempore minuat. d. l. de die de pact. dota. Campe.

- 9 *potest & mulier dote propter praedictam rationem donare, ne dote carens nubere nō possit Pau. de Cast. & Iass. in l. qua dōtis ff. solut. matrimo. Nouel. tract. de dot. par. 6. priuile. 69. nu. 2. Meno. praesum. 10. num. 4. li. 3. Dixit & egregie Pala. rub. in cap. per vestras §. 1. nu. 1. de donatio. in vir. & vxor. mulierem non posse aliquid facere in praedictum dotis, vbi ex facto suo dotium iura laederentur l. de die cum tribus sequen. ff. de pact. dota. quod ille inibi aliquibus ostendit exemplis: Addit idē Pala. Rub. §. 12. sequenti nu. 1. quod mulier in dote non habet liberā disponendi facultatem.*
- 11 *Atq. & ideo generaliter proditum est vt superius dixi, non valere huiusmodi pacta a mulieribus contracta, nisi ex iusta, & a lege probata causa id faciant l. licet manente ff. de pact. dota. Deci. conf. 536. Tiraquel. qui alios in l. si vquam verbo donatione largitus nu. 3. r. C. de reuo. donatio.*
- 12 *Sic etiam & respondit Ruin. egregie conf. 53. nu. 1. li. 2. dotis conditionem non posse per vxorem deteriorem fieri, consequenter infert, nec posse maritum dote receptae conditionem viduitatis apponere; Addit ibidē quod cū maritus teneatur de dolo in dote, lata culpa, & leui l. si filio §. 1. ff. solu. matri. Et ita dotis instrumentum concipiendum sit secundum Barto. in l. 2. in princ. ff. solut. matrimo. propterea nō valeret pactū, per quod maritus solum de dolo promitteret l. pomponius ff. de pact. dota. l. Iass. in d. l. 2. n. 35. solut. matri. glo. in l. etiam §. licet solut. matrimo. & vbi intulit, non valere pactum per quod maritus non teneatur in rebus dotalibus eam praestare diligentiam quam in rebus suis adhibere cōsueuit Campe. tract. de doti. part. 2. quaest. 74. Pala. Rub. in d. ca. per vestras §. 9. nu. 3. de donatio. inter vir. & vxor.*
- 14 *Concinit & superiorib. tex. in l. 2. de pac. dota. quo textu aperte probatur cōuentionē in istam, qua cautum fuit vt soluto matrimonio quouis modo dos apud virum remaneat, intelligitur si vxor praedecedit, non sic vbi mariti morte matrimonium dissolueretur, ratio nem reddit, quoniam alioquin mulier superstitens praedefectu dotis iterum nubere non possit; vbi glo. etiam, & alij adnotarunt;*
- 15 *Quinimo & glo. ibidem docuit pactum de luenda dote in casum soluti matrimonij, intelligi siue extent filij siue non, dum modo vxor praemoriatur, quod si prius maritus moreretur non seruabitur cōuēctio, aut filij extent, aut nō, est similis glo. in l. 1. iuncto. tex. C. si conf. matrimo. Pau. de Cast. & alij in d. l. 2. ff. solut. matri. post Bart. inibi Iass. nu. 7.*

- 16 *His & accedat traditio Alexand. in d. l. 2. §. quod si in patris nu. 3. ff. solut. matri. quod licet pactum a patre factum circa dotis restitutionem praediceat filiae postquam effecta est sui iuris, vt dixit tex. in d. l. 2. §. quod si in patris, id tamen intelligendum in his casibus, in quibus potest sibi praedicare, quādo scilicet nec dote, vel illius iuribus, & libertati iterum nubendi praedicaretur, alioquin secus: Barbof. in d. §. nu. 47.*
- 17 *Causus & vero in quibus potest sibi praedicare (vt hoc obiter dicam) coaeruat Alciat. in d. §. quod si in pactis n. 38. Parpali. nu. 57. Dixit & singulariter Bal. in l. 2. ff. de pact. dota. l. pactum retinendē dotis a viro interpositum in contractu matrimonij contemplatione liberorum, locum non habere in casu quo vir prius moreretur, quia alioquin nubere non possit mulier.*
- 18 *Sed & Bal. Nouel. tradidit d. tracta. de dot. par. 7. priuile. 11. statutū disponens quod soluto matrimonio dos remaneat apud filios, intelligi debere secundum dispositionē iuris cōmunis, vbi scilicet praedecedit vxor, secus si maritus, quia nubere iterum nō possit praedefectu dotis: Vbi & addidit non valere statutum, quo caueretur mortuo prius viro dote apud filios remanere debere, esset enim matrimonij impeditiuum, quia sine dote mulieres vix nubere possunt, consequenter restringens libertatem matrimonij, non valeret: ad ea quae Panorm. & omnes in ca. 1. ex. de spōsa. dixi sapius hoc tractatu li. 1. & 2.*
- 20 *Egregie & subtiliter magis Respondit Anto. de Butri. conf. 35. nu. 2. statutum prohibens realem obligationem bonorum in dotis restitutione, seu datione in solutu, non valere, quia matrimonia cum difficillime contrahantur absq. dote & obligatione dotis restituendae, statutum tollerēt, aut saltem restringeret summopere liberam contrahendi matrimonia libertatem.*
- 21 *Ex & superioribus & illud efficitur, quod quemadmodum non potest vxor pacisci, vt soluto matrimonio licet ipsa superuiuat dos remaneat apud filios, sic nec pater in contractu matrimonij id efficere potest l. quamuis C. de pac. conuent. vbi Barto. Salice. & alij Aueri. in d. l. 2. ff. solut. matrimo. Socin. ibi nu. 8. Iass. nu. 8. rationem reddunt citati interpretes quoniam licet soluto matrimonio dos reuertatur ad patrem dotantem, reuertitur tamen cum suo onere dotandi scilicet iterum filiam athen. sed quamuis C. de rei vxo. actio. Inde efficitur vt si dos deterior redderetur patris subinde facultates, & patrimonium minueretur, atq. ideo filia post dotada iuxta vires patrimonij paterni damnum*

num sentiret, minus enim esset in illius substantia eo quod dotis summā capit ex pacto predicto; quod & sensit Nouel. d. priuile. r. r. l. i. 4. 5. & 10. qua de re suo loco latius dicemus.

22 Atque & ideo id verum aliqui crediderūt, vt nec extraneus dotando possit illud pactū adijcere glo. in d. l. quamuis Bart. conf. 226. li. 1. de quo itidem articulo differemus inferioribus quæstionibus.

23 Sanè & licet æstimatio venditionem faciat in reb⁹ dotalibus l. si æstimatis vbi Bar. & omnes ff. solut. matrimo. l. res æstimatæ l. quoties C. de iur. dotium, & alibi dicemus, vbi tamen tēpore æstimatiōis maritus foret pauper, & inops, quoniam propter huiusmodi æstimatiōem sibi mulier præiudicaret in dotis restitutione, nihil æstimatio operaretur l. in rebus C. de iur. doti. Barbof. post alios in d. l. si æstimatis nu. 26. dicemus etiā latius altero loco.

24 Inde & etiam illud prodit fauore nuptiarū & dotis, vt & supra obiter, tamen dixi in versu. quæ & procedunt, quod licet aliās propter dubium euentum quandoq. actus sustineatur l. de fideicomisso C. de trans. l. si pater §. fina. de pact. dotali. fauore tamen dotis, licet Interim sustinetur dum dubium est an cōtractus doti præiudiciū adferat nec ne, adueniente tamen casu in quo aperte dotis præiudiciū pateat cōtractus resoluitur ac si factus non fuisset, ex toties citata l. Attillicinus vbi Barto. dixit quemlibet dicturū cōtrarium si legem illam non vidisset: Quamquam præiudiciū interpretēs illic considerant in eo, quod vel mulier nubere impediat, vel tardius nubere, licet quo ad alia minime, iuxta tradita per Imol. in l. si focer §. lucius ff. solu. matrimo. vbi Alexan. num. 9. & alij post eum.

25 His & adijcipulatur Crot. traditio in l. si constante 2. lectu. nu. 132. ff. solut. matrimo. quod licet regulariter in maritum transferatur dominiū rerum dotalium l. doce. ancillam C. de rei vindi. non tamen tunc transfertur, etsi res æstimatæ forent cum transferendo mulier dotis conditionem deteriorē efficeret ex d. l. Attillicinus.

26 Et huc & pertinet Barto. doctrina in l. si constante solut. matrimo. de qua & suo loco dicitur, nō scilicet posse mulierem expresse, aut tacite renuntiare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. quia talis renuntiatio vergeret in ipsius detrimentum.

27 Neq. & mulier ex prædicta, & toties adducta ratione cōsentire potest marito alienanti fundum dotalē l. yni. §. & cum lex vbi Barto. Bald. Angel. Salic. & alij C. de rei vxo. actio.

28 Adijcipulatur & superioribus multorū pronunciatum in d. l. quæ dotis solu. matrimo. de quo suo loco dicemus, non posse mulierē alium ad dotem stipulandum adhibere nisi in casu soluti matrimonij morte ipsius, secus in alio: docuit aliorū autoritate nouissime Barbof. in d. l. quæ dotis nu. 12.

29 Et & ex d. l. Attillicinus in pulchro casu decidit Thesau. decisio. 200. n. 1. & sequen. pactum de quo in illa specie non valere, quia dotis cōditio deterior reddebatur.

30 Et ex eadem & l. Attillicinus respondit Surd. conf. 112. nu. 37. l. 1. non valere pactū a muliere factum, quo fieret deterior dotis cōditio, vel nubere impediretur, etsi tardius.

31 Et generaliter & prodictum non posse mulierem propter publicam vtilitatem in dote sibi præiudicare d. l. Attillicinus d. l. 2. C. de pact. dotal. d. authen. siue a me C. ad Velleia. siue iurauerit, aut non iurauerit; siue in dote loquamur, siue in donatione propter nuptias, vel dotis augmēto, vt autoritate Rui. Plot. Afflic. Parisi. Gerar. Anto. de Fan. & aliorum scripsit Cauat. tracta. de vsu. mulier. relic. n. 135. quinimo nec in fructibus, & alijs ad dotem accessorijs Corne. conf. 129. lib. 4. Ioseph. Ludo. decisio. Perusi. 21. nu. 12. 13.

32 Penultimo & in causis dotalibus dubius euentus non efficit, vt cōtractus sustineatur, nam si aliquo in casu potest mulieri damnū afferre irritatur, licet possit pariter esse eidē lucrosus d. l. Attillicinus ad finem Imol. in l. si focer §. lucius ff. solu. matrimo. vbi Alexan. idem Alex. in l. de fideicomisso in princi. C. de transac. Afflic. post alios ab eo relatos decisio. 154. Surd. conf. 112. nu. 32. idem decisio. 278. nu. 25. de quo suo loco dicemus.

33 Vltimo & quod admodum notandum est, facile enim quisq. contrarium diceret, valet pactum in capitulis matrimonialibus cōtractum, vt certa luci portio ex bonis fideicomisso subiectis vxori detur præmoriēte viro, & e contrario præmoriēte vxore debeatur marito, vt enim pro dote cōstituenda, & restituenda bona fideicomisso subiecta alienari possunt authen. resque C. cōmunia delega. sic & pro dotis lucro cōstituendo. tex. apertus in §. moriente, & in §. rursus, & §. fanciimus in authen. de restit. & ca. que par. igitur siue loquamur de dotis parte lucranda, siue donationis ante nuptialis valer huiusmodi conuentio. Accur. in §. quamobrem in d. authen. quem sequitur ibidem Barto. & dixit communem Pat. Rab. in repeti. rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 13. nu. 1. & 2. Vbi notandum Socin. conf. 23. col. 2. lib. 3. & Quod tamen intelligendum est quando non super sunt alia bona libera, ex quib⁹ lucrū cōsequi possit, vt declarat egregie Belio. cōf. 83. n. 3.

Ex

35 Ex aduerso & autem ea omnia pacta, quæ dotibus fauent, & matrimonij fauorem concernunt valent l. si inter virum ff. de pact. dotali. l. pater pro filia C. de pact. conuent. l. diui Constantini C. denatura. libe. confert tex. insignis in capit. 1. de filijs nat. ex matri. ad morga. contract. Guido. Pap. confil. 12. à numer. 1. confil. 54. numer. 6. confil. 60. numer. 4. & decisio. 267. & singulari. 23. Bald. confil. 22. lib. 5. Deci. confil. 245. numer. 3. confil. 578. num. 9. Bertran. confil. 299. lib. 1. Cassanat. confil. 53. Pelacz tractat. de maiora. Hispano. 1. part. quæstio. 22. numer. 28. Valasq. tractat. de iure emphi. quæstio. 50. numer. 54. Tiraquel. tractat. de iure primogen. quæst. 6. num. 7.

36 Quæ de dotibus & dicta sunt paulo ante in versicul. Vltimo, quod admodum notandum est, &c. nmer. 37. eadem extendenda sunt ad donationem propter nuptias vt mox dicam; neque parui momenti fauor matrimonij est, non enim tam frequenter matrimonia fierent nisi pacta; quæ alioquin in ceteris contractibus non valerent, fauore tamen matrimonij sustineantur: exuberant enim matrimonia fauore capit. fina. vbi glos. de condi. apposi. dixi lib. 1. comparatio. 17. à numer. 1. Caro. Moline. quæstio. de donati. fac. in contract. matrimo. numer. 9. ideo in illius fauorem, specialia multa inducta fuerunt l. 1. & ibi omnes ff. solutio. matrimo. Vnde Tiberius Decia. responso 7. num. 118. lib. 1. scripsit & pacta huiusmodi fauorabilia esse dum dolus, & deceptio absint.

37 Maiorem & autem esse fauorem dotis, quam donationis ob causam matrimonij respondit Crot. confil. 107. numer. 6. Crauet. confil. 462. numer. 32. quos & merito repræhendit Menoch. confil. 261. vbi cum numer. 4. Croti & Crauet. opinionem adduxisset, post numer. 38. vsque ad num. 42. aperte docuit æqualis esse fauoris donationes propter nuptias cum dotis constitutione: vbi & numer. 15. hanc & adfert rationem, quod licet donatio, quæ fit contemplatione matrimonij nec dos dici possit, nec donatio propter nuptias vere & proprie, ex quo non acquiritur mulieri, iuxta tex. in l. vt liberis C. de collatio. authen. eo decursum C. de donatio ante nup. dixi infra quæstio. 18. attamen retinet naturam donationis propter nuptias, & est pars & cōtractus ipsius matrimonij, & confunditur cum eo sicut animaduertit singulariter Guido. Pap. decisio. 145. Natta. confil. 609. numer. 3. Menoch. dict. confil. numer. 15.

Roland. non citatus à Menoch. confil. 70. numer. 3. lib. 4. Vincen. de Fran. qui prædictos non citauit decisione 436. numer. 4. & 5. 3. part. dixi latius infra sectio. secunda quæstio. 1. versicu. Quinto loco adducitur: & quæstio. 3. versic. Extende regulam primo, & in eisdem terminis quod æque fauorabilis sit donatio propter nuptias, sicut dos ipsa resoluit idem Vincen. de Fran. decisio. 182. num. 3. & seq. par. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio inter virum, & uxorem prohibita.
- 2 Donatio inter virum, & uxorem ipso iure nulla.
- 3 Donans vir vxori & econtra in foro conscientie non tenetur adimplere promissionem.
- 4 Coniux donans & implens promissionem iuste retinet res donatas.
- 5 Retinere rem licet ei, qui nulliter in possessionem missus est, donec sibi creditum exoluatur.
- 6 Retineri res potest quando retentio actione vel exceptione iuuatur.
- 7 Donatio inter virum & uxorem etiam ante matrimonium facta nulla.
- 8 Paria sunt quod fiat donatio tempore prohibito, vel quod conferatur in tempus prohibitum.
- 9 Donatio à marito facta tertio, vt is donet sue vxori nulla.
- 10 Donationes quæ fiunt à maritis per interpositas personas vxoribus suis nulla.
- 11 Donationes quæ ab his personis fiunt, quæ ratione patriæ potestatis quomodolibet attingunt maritos, vxoribus suis nulla.
- 12 Vxor constante matrimonio potest dotem non constitutam marito constituere.
- 13 Maritus constante matrimonio nec ante, vxorem dotare potest.
- 14 Dotatio facta à marito vxori suæ ante matrimonium contractum spe futuri matrimonij nulla.
- 15 Maritus dotans mulierem ante matrimonium contractum, nulla mentione facta futuri matrimonij, ea conuentione vt sibi illico dominiū quaeratur, valida.
- 16 Dotatio facta à marito ignobili vxori nobili, valida.
- 17 Didaci opinio qualis circa dotationem viri ignobilis factam vxori nobili.
- 18 Dotatio facta à viro vxori suæ lege vel consuetudine id inducente valida.
- 19 Dotatio facta à viro vxori pro bono pacis, valida.
- 20 Dotatio facta à viro putatiuo vxori putatiue nulla.

Q Dotatio

- 21 Dotatio facta à viro vel etiam donatio ab eodem uxori putatiue morte non confirmatur.
- 22 Donatio facta à viro uxori impedimentum scienti, an fisco queratur.
- 23 Lucra inter coniuges putatiuos, an communicanda.
- 24 Donatio vel dotatio facta à marito ignobili uxori nobili constante matrimonio, post factam primam donationem inualida est.
- 25 Donatio inter virum & uxorem iuramento firmata valet.
- 26 Donatio iurata facta à marito uxori qui prius iurauerat non donare an valida.
- 27 Donatio inter coniuges morte confirmata valida.
- 28 Donatio inter virum & uxorem morte etiam violenta confirmatur.
- 29 Mors ciuilibis eisdem effectus regulariter operatur, quos naturalis.
- 30 Donatio facta inter virum & uxorem morte confirmatur.
- 31 Donatio iocalium & ornamentorum que tradidit maritus uxori post nuptias morte confirmatur.
- 32 Donatio iocalium vel ornamentorum à socero facta sponsa filij sui morte non confirmatur.
- 33 Donatio à marito facta sine expressione verbi donos, an valida.
- 34 Extensio in odijs de stricta interpretatione ad largam fieri non debet.
- 35 Donatio à marito facta uxori ex sola coniectura, morte confirmatur.
- 36 Donatio à marito facta uxori secuta tantum traditione, morte confirmatur.
- 37 Traditio licet fida, morte secuta confirmat donationem inter virum & uxorem.
- 38 Actus & si nullus qui potest aliquo modo confirmari, morte sequuta confirmat donationem inter virum & uxorem.
- 39 Traditio quocunque tempore facta confirmat donationem inter virum & uxorem.
- 40 Traditione interueniente confirmatur donatio inter virum & uxorem, & si à marito conditio fuerit adiecta, vt si conualesceret res ad eum rediret.
- 41 Actus quilibet, qui vim traditionis obtinet, confirmat donationem inter virum & uxorem.
- 42 Decretum Iudicis non sufficit ad confirmandam donationem inter virum & uxorem.
- 43 Donatio mortis causa ab vno ex coniugibus alteri facta valet.
- 44 Traditio an requiratur in donatione mortis causa ab vno ex coniugibus.
- 45 Donatio causa mortis inter virum & uxorem facta, facto testamento ab vno ex coniugibus adiecta clausula. Cassans & irritans, & c. dicta donatio reuocata censetur.
- 46 Donatio extraneis facta adiecta clausula cassans & irritans que mortis causa est, non censetur reuocata nisi de donatione expressa mentio fiat.
- 47 Donatio que inter coniuges valet, morte non confirmatur.
- 48 Confirmata donationis tempus, & non confirmantis attenditur.
- 49 Donatio valida inter virum & uxorem vim vltime voluntatis non habet.
- 50 Fructus percepti ante mortem in donatione inter virum & uxorem non debentur donatorijs.
- 51 Donatio causa mortis inter virum & uxorem morte ciuili confirmatur.
- 52 Traditio requiritur in donatione causa mortis inter virum & uxorem facta aduersus fiscum.
- 53 Donatio causa mortis facta ab uxore viro morte uxoris euanescit.
- 54 Donatio inter sponsum & sponsam valida ante matrimonium quando nulla matrimonij venturi mentio facta est cum scilicet vestes & iocalia dantur.
- 55 Donatio inter sponsum & sponsam indistincta valida, quando de matrimonio venturo nulla mentio facta est.
- 56 Pactum initum in contractu matrimonij vt iocalia premoriente marito sint uxoris, an validum.
- 57 Sponsus vel maritus nullo iure obligatur donare sponsa vel uxori.
- 58 Donatio remuneratoria inter virum & uxorem omnino valida.
- 59 Donatio ab sponso sponsa facta simpliciter valida.
- 60 Donatio propter nuptias ab sponso sponsa facta valida.
- 61 Arra in matrimonij iuste imponuntur.
- 62 Arra à pœna qualiter differant.
- 63 Arra magni valoris sustinetur in matrimonio, pœna & si modica minime.
- 64 Arra pro securitate matrimonij donatur.
- 65 Arra sic datur vt in defectum promissionis amittatur.
- 66 Arra in matrimonio ea datur intentione vt signum sit Phœderis & connubij.
- 67 Promissio arrarum valida in matrimonio, dū illico arrae tradantur.
- 68 Traditio quantitatis in matrimonio facta valida, & loco arrarum cedit.
- 69 Arrarum traditio in matrimonio valida, siue sit in parua vel magna quantitate.

Arrarum

- 70 Arrarum donatio in matrimonio sustinetur, siue sit in quantitate vel in specie.
- 71 Arrarum donatio sustinetur in matrimonio, siue arre reddantur vel non reddantur.
- 72 Arrarum donatio sustinetur in matrimonio & si vtrinq; date diuersæ sint speciei.
- 73 Alciat. traditio reiecta.
- 74 Confessione recipientis statur cum de arrarum receptione agitur.
- 75 Auctoris opinio, & arras amittit in matrimonio, qui fidem non seruat.
- 76 Arras minime amittit is, qui sine culpa recedit à matrimonio.
- 77 Arras amittit in matrimonio, qui eas dedit cum sciret impedimentum.
- 78 Arras perdidit in matrimonio, qui cum matrimonium perficere potuisset, morte peruentus non potuit.
- 79 Arras in triplo & quadruplo restituit in matrimonio, qui recusat.
- 80 Arras in matrimonio minor perdit sicut & maior adhibita distinctione.
- 81 Arras perdit minor sicut maior in matrimonio si veniam etatis impetrauit.
- 82 Arras perdit minor sicut maior cum non sibi sed patri vel alijs coniunctis date sint.
- 83 Arras perdunt minores tantum cum ille parentibus, tutoribus vel curatoribus date sunt.
- 84 Arrarum valor computatur in triplo vel quadruplo.
- 85 Arras perdit, qui iniuste discedit.
- 86 Arra in matrimonio aplicantur ei, qui fidem seruat.
- 87 Arrarum amissio in matrimonio, iusto impedimento tollitur.
- 89 Arrarum amissio an vindicet, quando sponsa ante matrimonium fornicata fuit.
- 90 Arras non lucratur sponsa ex solo osculo.
- 91 Arra an amittantur detecto impedimento, vbi tamen potest facile Papa dispensare.
- 92 Conditio in primogenio apposta vt filius contrahat cum aliqua consanguinea intra tertium vel quartum, an valida.
- 93 Conditio impossibilis iudicatur, quando illius implementum pendet à dispensatione Romani Pontificis.
- 94 Arra non amittuntur detecto impedimento, cum is, qui recepit nollit dispensationem obtinere.
- 95 Factum promittens nil aliud promittit, quam se facturum & curaturum.
- 96 Grego. Lop. opinio.
- 97 Grego. Lop. opinio probata.
- 98 Arrarum promissio iure canonico, interdicta non est.
- 99 Donatio remuneratoria ab sponso vel marito facta uxori valida.
- 100 Donatio reciproca inter virum & uxorem valida.
- 101 Donationes reciproca inter virum & uxorem nullum adferunt coniugibus detrimentum.
- 102 Donatio à marito facta uxori constante matrimonio, valida quando ante matrimonium tantundem receperat ab uxore.
- 103 Donatio reciproca inter virum & uxorem valida quando eiusdem est valoris vtraque.
- 104 Donatio à marito facta uxori propter benemerita valida.
- 105 Merita estimationem recipiunt.
- 106 Obligatio antidotalis donandi, remuneratoria dicitur.
- 107 Pinelli opinio subtilis.
- 108 Benemerita in donatione facta uxori exprimentanda.
- 109 Donatio ob benemerita facta non presumitur in prohibitis, nisi benemerita exprimentantur.
- 110 Donatio ob benemerita facta à marito uxori valida cum benemerita non omnino exprimerentur.
- 111 Donatio facta à marito uxori ob benemerita exigua, inualida.
- 112 Auctoris opinio.
- 113 Donatio remuneratoria in eo quod excedit benemerita, nulla.
- 114 Merita quando dicantur equipolere donationi.
- 115 Pinelli opinio.
- 116 Creditoris conditio, debitoris nobilitate non debet esse deterior.
- 117 Obsequia, que nobilis uxor ignobili marito prestare non cogitur.
- 118 Donatio remuneratoria & ea dicitur, que à marito ignobili fit uxori nobili.
- 119 Donatio reciproca inter virum & uxorem constante matrimonio fieri potest.
- 120 Donatio à marito ignobili diuiti fieri non potest uxori nobili, & que sit ratio.
- 121 Donatio facta à marito ignobili uxori nobili, excessiua esse non debet.
- 122 Donatio facta à marito nobili alicui mulieri futura uxori, & si magna, excessiua iudicari non potest.
- 123 Donatio à marito nobili facta uxori, correspondere debet nobilitati viri donantis.
- 124 Donatio remuneratoria inter virum & uxorem in eo quod excedit, referuanda est filijs prioris matrimonij.
- 125 Donatio remuneratoria & si excedat quingentos aureos, nulla indiget insinuatione.
- 126 Donatio mariti diuitis & ignobilis valet facta uxori nobili, dum à principio maritus diues erat.

Q 2

Donatio

- 127 Donatio mariti senis donantis uxori iuueni, tanquam reciproca valet.
- 128 Donationes inter virum & uxorem quando validae remissive.
- 129 Sponsalitia largitas que ab sponso sponsa fit, specialis est contractus.
- 130 Sponsalitia largitas antiquo iure irrevocabilis erat donatio.
- 131 Sponsalitia largitas ita acquiritur mulieri ut nec osculum vel copula carnalis requiratur.
- 132 Sponsalitia largitas iure nouo quomodo acquiritur mulieri.
- 133 Sponsalitia largitas spe futuri matrimonij contracta censetur.
- 134 Sponsalitia largitas an acquiratur mulieri propter osculum sibi datum in infirmitate.
- 135 Sponsalitia largitas acquiratur mulieri sine osculo procedat donationem, vel e contra.
- 136 Sponsalitia largitas quando debeatur cum osculo vel copula procedunt Sponsalia.
- 137 Sponsalitiā largitatem non lucratur uxor ob solum amplexum.
- 138 Sponsalitiā largitatem an lucratur sponsa ob osculum datum in maxilla, vel fronte.
- 139 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa propter osculum cum interim dispensatio Pape spectatur.
- 140 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa, quando sub conditione fuit contractum matrimonium.
- 141 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa etiam ex copula quando conditione adiecta fuit contractum matrimonium.
- 142 Copula carnalis nullius est effectus inter virum & uxorem nisi adhibita solemnitate Concilij Tridentini.
- 143 Sponsalitiā largitatis dimidiam ex osculo sponsa lucratur, at vero ex copula, totam.
- 144 Sponsalitiā largitatem uxor lucratur, siue traducta fuerit vel non traducta.
- 145 Traductio sponsa attento iure nouo Concilij Tridentini nihil operatur, nisi adhibitis solemnitatibus.
- 146 Sponsalitiā largitatem non lucratur uxor intercedente copula iure nouo Concilij Tridentini, nisi adsint solemnia.
- 147 Sponsalitiā largitatis dimidiam lucratur sponsa ex copula.
- 148 Sanch. opin. reprobata. L. si a sponso C. de donatio. ante nup. declaratur.
- 149 Sponsa licet lucratur donata ab sponso, non tamen lucratur dimidiam donatorum per matrem sponsi vel alios attinentes.
- 150 Sponsalitiā largitatem lucratur sponsa stante impedimento quod ignorabat.
- 151 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa que se it impedimentum.
- 152 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa que se it impedimentum, & si sponsus ignorabat.
- 153 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa ex osculo, vel copula cum sponsus & ipsa sciunt impedimentum, sed sisco applicatur.
- 154 Conditio recipientis potior, cum turpitudine ex utraque parte versatur.
- 155 Sponsalitiā largitatem lucratur uxor ex osculo, & si post religionem ingrediatur.
- 156 Sponsalitiā largitatem lucratur sponsa sponso ingrediente religionem.
- 157 Sponsalitiā largitatem non lucratur sponsa quando de communi assensu fuit recessum ab sponsalibus.
- 158 Sponsalitiā largitatem an lucratur qui prius dicebat ab sponsalibus.
- 159 Purgationi morae non est locus ubi executio fit à lege.
- 160 Opinio communis reprobata.
- 161 Obligatio prior solo consensu dirimitur.
- 162 Sponsalitiā largitatem lucratur sponsa quando licite recessit ab sponsalibus.
- 163 Sponsus nil lucratur ex osculo, sicut sponsa.
- 164 Sponsalitiā largitatem an lucratur sponsa si prius osculum dederit sponso.
- 165 Rationes due cum militant cessante una non cessat alia.
- 166 Donata ab sponsa sponso lucratur sponsus nuptijs subsequens.
- 167 Sponsus donata uxori illico repetit nec tenetur probare causam secutam non fuisse.
- 168 L. si sponso & l. cum veterum C. de donatio. ante nup. declarantur.
- 169 Sponsalitiā largitas nullam requirit insinuationem.
- 170 Donatio propter nuptias non voluntaria, sed necessaria dicitur.
- 171 Donatio propter nuptias in vltiori Hispania, arra nominatur.
- 172 Donatio propter nuptias in Aragonia, nominatur hereditamentum maritorum.
- 173 Donatio propter nuptias in Cathalonia, dicitur augmentum dotis, sponsalitiū, vel dotalitiū.
- 174 Donatio propter nuptias apud Gallos, dicitur Douaire.
- 175 Donatio propter nuptias apud Neapolitanos, vocatur donatiū.
- 176 Donatio propter nuptias apud Longobardos dicebatur Morguin.
- 177 Donatio propter nuptias apud nos augmentum nominatur, sed improprie.
- 178 Donatio propter nuptias dicitur quicquid maritus donat uxori, contemplatione dotis.
- 179 Donatio propter nuptias fit in premium pudicitie virginalis.

Donatio

- 180 Donatio propter nuptias in Cathalonia non solum fit in premium pudicitie virginalis, sed & ut cautius sit uxori consultum in dotis sua conseruationem.
- 181 Donatio propter nuptias antiferna vocatur, & quare.
- 182 Donatio propter nuptias sic reuertitur ad maritum, sicut dos mortuo marito ad uxorem.
- 183 Donatio propter nuptias necessaria est non voluntaria de iure communi.
- 184 Pater sicut tenetur dotare filias, sic tenetur filijs constituere donationem propter nuptias.
- 185 Iure Regio Cathalonia donatio propter nuptias constituta censetur mulieri, & si nihil dictum sit.
- 186 Donatio propter nuptias censetur tacite constituta, ubi talis adest consuetudo.
- 187 Donatio propter nuptias constitui debet per virum uxori constante matrimonio, si ante illud constituta non fuerit.
- 188 Auctoris declaratio.
- 189 Uxor postquam maritus sibi donationem propter nuptias constituit, cogitur & ipsa dotem constituere.
- 190 Donationem propter nuptias cogitur pater constituere filio pro securitate dotis.
- 191 Donationem propter nuptias cogitur pater constituere filio petente nuptias, & si filius taceat.
- 192 Donationem propter nuptias cogitur pater hereticus constituere filio catholico.
- 193 Donatio propter nuptias an debeatur mulieri pro dimidia vel in totum, quando virgo non erat tempore nuptiarum.
- 194 Decisio huius Senatus qualis.
- 195 Donatio propter nuptias ex errore procedens, nullum effectum operatur.
- 196 Donatio propter nuptias sic constitui potest corrupte, sicut virgini.
- 197 Ratio duplex ubi militat, cessante una non cessat alia.
- 198 Sanch. opinio reiecta.
- 199 Donationem propter nuptias lucratur mulier, que ante matrimonium publice meretricii exercebat.
- 200 Donationem propter nuptias lucratur muliere corrupta, quando maritus non fuit conquisitus.
- 201 Maritus simulans corruptionem mulieris, heredibus suis exceptionem tollere censetur.
- 202 Maritus qui fuit conquisitus in vita de corruptione uxoris, eo mortuo possunt heredes exceptionem prosequi.
- 203 Donationem propter nuptias an lucratur mulier ex solo osculo.
- 204 Donationem propter nuptias an lucratur uxor
- condemnato marito ad tirremes in perpetuum.
- 205 Condemnatus ad tirremes, seruus poenae dicitur.
- 206 Mors ciuilibi ubi eosdem effectus parit quos naturalis, tunc non expectatur mors naturalis.
- 207 Reges Hispaniarum non solent condemnatis ad tirremes indulgentiam concedere.
- 208 Donationem propter nuptias non lucratur uxor condemnato marito ad tirremes ad modicum tempus.
- 209 Donationem propter nuptias an possit exigere uxor marito urgente ad inopiam.
- 210 Donationem propter nuptias non potest exigere uxor, quando timeretur eam non recte administraturam fore bona donata.
- 211 Filij prioris matrimonij possunt retinere res mobiles legatas, uxore transiente ad secundas nuptias, quando recessit fideliter.
- 212 Surdi traditio aduersus Vrsi.
- 213 Augmentum dotis non debetur, nisi pro rata dotis soluta.
- 214 Augmentum dotis non debetur nisi pro rata dotis soluta, etiam stante iuramento.
- 215 Augmentum dotis non debetur patre non solente dotem, licet alij contra.
- 216 Augmentum dotis non debetur dote non soluta mortuo marito ubi pater interim effectus est non soluendo.
- 217 Augmentum dotis an debeatur mulieri extraneo dotante & non solente.
- 218 L. si extraneus ff. de iur. doti. intellectus.
- 219 Augmentum dotis non debetur mulieri, ubi debitor mulierem heredem instituit.
- 220 Augmentum dotis debetur mulieri, & si dos non fuerit constituta viro, dum augmentum fuerit promissum.
- 221 Augmentum dotis debetur mulieri ubi maritus remisit dotem sine consensu mulieris.
- 222 Augmentum dotis debetur mulieri, ubi maritus non vult heredem patris uxoris sue.
- 223 Augmentum dotis debetur mulieri etiam dato termino marito ad soluendam dotem.
- 224 Augmentum dotis debetur mulieri ubi nomina debitorum in dotem data, culpa mariti reddita sunt inutilia.
- 225 Augmentum dotis debetur mulieri, ubi facta apocha per maritum de dote, post pater promissit soluere dotem genero.
- 226 Augmentum dotis an debeatur mulieri, ubi mariti heredes cedere actiones sunt parati.
- 227 Augmenti mulieris ius perfecta quesitum non est, cum aduersus eam exceptio non numerata dotis opponi potest.
- 228 Menochij declaratio & distinctio.

Q.3 Augmen-

- 229 *Augmentum dotis an debeat mulieri quando ad se confisio de dote recepta intra tempora opponendi exceptionem dotis.*
- 230 *Augmentum dotis debetur mulieri lapsa tempore exceptionis non numerata dote, ubi prater promissit dotem.*
- 231 *Augmentum dotis non debetur mulieri ab heredibus mariti stante confessione mariti, et sentiente muliere.*
- 232 *Augmentum dotis non debetur mulieri, quando socer succedit filia, et qua sit ratio.*
- 233 *Augmentum dotis non debetur mulieri quando pars pecunie ab illo qui promissit facta fuit, et confessus est solutam dotem.*
- 234 *Augmentum dotis vel donatio propter nuptias an possit fieri mulieri constante matrimonio.*
- 235 *Augmentum dotis seu donatio propter nuptias an debeat mulieri cum a principio constituta non fuit.*
- 236 *Augmentum dotis debetur mulieri et si nihil dictum sit cum talis est consuetudo in patria.*
- 237 *Augmentum dotis in Cathalonia non debetur nisi deductum fuerit in pactum.*
- 238 *Augmentum dotis in Cathalonia si totum illud vult mulier tenetur post mortem suam restituere: si autem medietatem tantum, efficitur suum proprium.*
- 239 *Augmentum dotis, totum an debeat mulieri ubi maritus non fuit stipulatus sibi aut suis reueriti.*
- 240 *Augmentum dotis totum debetur mulieri ex pacto.*
- 241 *Augmentum dotis totum debetur mulieri ex pacto, maxime stante iuramento.*
- 242 *Contrahens censetur in dubio contrahere iuxta consuetudinem sue provincie.*
- 243 *Iuramentum non auget obligationem.*
- 244 *Goza. Crauet. Rolan. et Surd. traditiones declarate.*
- 245 *Augmentum dotis in Cathalonia non debetur nisi premoriente marito.*
- 246 *Dispositionis pars una declaratur per aliam continentiam.*
- 247 *Interpretatio melior nulla, quam ea, que ex verbis elicitur.*
- 248 *Augmentum dotis favorabile est mulieri.*
- 249 *Prælationis privilegium an competat mulieri pro dotis augmento.*
- 250 *Mulier pro augmento pro securitate sue dotis agens privilegium habet prælationis adversus creditores.*
- 251 *Augmentum dotis et seu donatio propter nuptias regulariter pari passu ambulant.*
- 252 *Bona alienari prohibita an sicut pro dote, sic etiam pro augmento alienari possint.*
- 253 *Mulier an sicut remanet in possessione bonorum mariti in Cathalonia et suis facit fructus*

- Etus donec fuerit integre exoluta de dote et augmento, an idem sit in bonis vinculis.*
- 254 *Pactum de lucranda certa portione dotis premortua uxore, an eo ipso factum censetur respectu uxoris in eadem portione augmenti.*
- 255 *Augmentum dotis an esse æquale debeat cum dote.*
- 256 *Augmentum dotis an debeat reservari filiis primi matrimonij transiente muliere ad secundas nuptias.*
- 257 *Mulier an possit vindicare res in augmentum datas constante matrimonio, sicut vindicat maritus res dotales.*
- 258 *Mulier licet renuntiare iuribus hypothecæ quæ habet in bonis mariti.*
- 259 *Mulier nequit remanere donationi propter nuptias et illius iuribus.*
- 260 *Maritus sicut non potest etiam de consensu uxoris alienare res dotales, sic nec res propter nuptias donatas.*
- 261 *Iuramento interposito in alienatione rerum dotalium per mulierem sibi præiudicat.*

SECTIO PRIMA.

QUONIAM SÆPIUS INTER virum, & uxorem donationes fieri solite sunt in capitulis matrimonialibus; hæc priore sectione priusquam ad cætera pacta, vincula, & substitutiones, quæ filiorum favore celebrantur accedam, de his agendum.

QVÆSTIO PRIMA.

DONATIONES INTER VIRUM & uxorem que in contractu matrimonij celebrantur, quando valide vel invalidè plena manu declaratum.

DE donatione simplici agim⁹ hæc quaestione, de sponsalitia largitate, & donatione propter nuptias, & arrarum traditione. Donatio igitur inter virum & uxorem regulariter prohibita est l. 1. 2. & 3. ubi reddit rationem Iuris Consultus ff. de dona. in. vi. & vxo. cap. fin. eo. tit. Est autè donatio hæc ipso iure et nulla l. 3. §. sciendum in verbis ipso iure, & verbis nullius momenti sunt ff. illo titu. nulla igitur ex hac donatione civilis, vel naturalis nascitur obligatio, proinde tutissimus in foro conscientie

- cientie remanet coniux, qui minimè donationis conventionem adimplet, sicut post Bart. Alex. Grego. Lop. & Gomez. animadvertit Sanch. in comm. de matri. li. 6. dispu. 1. nu. 2.
- 3 Ex contrario infertur et cum coniugem qui donationem adimplevit, iuste posse res donatas retinere quoad vsq. alter præmoriatur, & si enim donatio nulla sit ipso iure, morte tamen cõfirmari potest ut illico dixerim. Sic Sanch. supra num. 3. in ver. Vnde infero:
- 4 Verum hæc Sanch. traditio et vera nõ est et si enim retinere rem liceat ei, qui nulliter in possessionem missus sit, donec creditum sibi exoluatur. l. fundus qui vbi glo. & Bart. ff. de rei vendi. l. fina. C. si advers. fil. pulchre Surd. decis. 46. nu. 7. & sequen. vbi et id ipsum iudicandum scribit, & si creditori et nulla competat hypotheca ex tex. in l. si non sortem §. si centum de condi. indebi. verum id intelligendum quando aliquo iure, actione, vel et exceptione res retineri potest, quia debitum præcedit glof. verbo retinebitur in d. §. si centum. vt post Bart. Alex. Iaff. & alios Surd. dicta decisio. a num. 6. vers. in contrarium, at in hac specie nullum præcedit debitum, quo retentio vsq. in mortem coniugis alteri possit concedi: Declaranda igitur necessario traditio hæc Sanch. vt intelligatur quando coniux, qui rem alteri donavit non eam repetit, sed sinit in posse coniugis vsq. ad mortem. Hæc omnium traditio extenditur etiam ad eum casum, quo et donatio ante matrimonium facta est, spe tamen futuri matrimonij, veluti inter sponsum et sponsam l. penul. ff. de dona. in. vi. & vxo. l. non sine. vers. Quamuis C. de bo. mater. glo. in l. 3. verbo concubine C. de dona. in. vi. & vxo. Cin. Bal. Pala. Rub. Salice. Imol. Alex. Paris. Segu. Gomez. Villalob. eos recenset Sanch. d. dispu. nu. 4. vers. Sed dicendum.
- 8 Paria enim sunt et quod fiat donatio in tempore prohibito, vel quod fiat tempore licito, & conferatur in tempus illicitum l. quod sponse C. de dona. an. nup. cap. de uxore de sepul. Barto. Arela. & Pala. Rub. quos refert et sequitur loquens in nostra specie Surd. conf. 164. nu. 59. & 60. lib. 2.
- 9 Qui inibi id ipsum asserit et quando maritus donaret extraneo, vt is dotaret, vel donaret futuræ uxori. Secundo idem in donationibus, que fiunt a marito uxori et ab interpositis personis d. l. 3. §. videam⁹ et l. si sponsus ff. de dona. inter vi. qui enim per alium facit, per seipsum facere videtur Sanch. supra num. 8. & Surd. d. conf. num. 60. ad medium. Quinimo et si donationes fierent per eos, qui et ratione patrie potestatis quomodolibet pertinet seu attingunt, & nullæ dicerentur, veluti si socrus nurui,

- quo, vel alijs ascendentibus donaret, l. 3. §. quo in eiusdè vsq. ad §. non tantum ff. de dona. cau. mor. l. inter eas C. illo titu. nõ quod directe fieri non potest nec indirecte per personas interpositas vt supra dicebam l. si per impræfessionem C. quod me. cau. sic pulchre autoritate Pala. Rub. respondit novissime Surd. conf. 78. nu. 14. 15. 16. lib. 1.
- 12 Tertio extenditur, quod et licet vxor viro constante matrimonio possit dotem non constitutam antea, constituere, & constitutam augere l. si constante l. fina. C. de dona. an. nup. §. est et aliud versic. In primis insti. de dona. quoniam nõ ea proprie donatio dici potest, cum ad onera matrimonij supportanda detur l. pro onerib⁹ C. de iu. doti. Et quia mortuo marito sit reditura ad eam sicut scripsere interpretes in locis supra citatis. Et novissime Card. Mâti. post multos alios in comment. de coniectu. vlti. volunt. lib. 1. titu. 2. num. 2. Bæza. tracta. de non melioran. filia. cap. 5. num. 18. Pala. Rub. in rub. de dona. in. vi. & vxo. §. 33. a nu. 1. Nouell. de dot. 7. par. privile. 8. Sanch. qui eosdem refert in comm. de matri. lib. 6. dispu. 7. num. 1. Viro et tamen non licet ante nec post contractum matrimonij dotare uxorem, quia donatio est et sic datur vt nusquam ad maritum donantem revertatur l. si quis uxori ff. de dona. in. vi. & vxo. neq. eidem dotem datam a patre, vel alio augere l. fina. §. si a socero ff. de dona. in. vi. & vxo. l. ex promissione ff. de actio. & obliga. Panorm. in cap. Et si necesse nu. 2. vbi Alex. de Neuo. num. 2. ex. de dona. in. vi. & vxo. Præposi. num. 2. Socin. in l. 2. num. 70. ff. sol. ma. Pala. Rub. Tabien. Angel. & Bæza. quos citat et sequitur Sanch. de matri. li. 6. dispu. 7. nu. 3. Narr. cõf. 147. nu. 3. Surd. conf. 164. nu. 58. 59. & 60. lib. 2. qui alios.
- 14 Id ipsum censent et omnes, vbi dotis hæc constitutio fieret ante ipsum matrimonij contractum spe futuri matrimonij contrahendi, nam et hæc ipsa dotis constitutio donatio foret, que in tempus prohibitum collata, nulla est. d. l. quod sponsæ & dixi supra n. 8. atq. sic docent in his terminis Panormit. Præposi. Alex. de Neuo. Palat. Rub. Bæz. & Sanch. nunc citati.
- 15 Sic inferunt, vt et si vir dotaret mulierem ante matrimonij contractum, nulla mentione, vel respectu futuri matrimonij ea pactione vt sibi dominium illico acquireretur valere donationem l. 1. C. de dona. an. nup. Panor. Præposi. Angel. Syluest. Tabie. Pala. Rub. & Sanch. supra. Vnum tamè insignem adferunt casum interpretates, in quo valet huiusmodi donatio vel dotatio, is et est cum ignobilis diues nobilem dotat futuram sibi uxorem, vel cum senex iuuenem

iuuenem in vxorem accipit, non enim hæc simplex donatio dici potest, sed remuneratoria donatio, quasi ignobilis vilitatem sanguinis cum claritate nobilitatis futuræ vxoris videatur compensare; docuit gl'of. communiter approbata quam inibi sequitur interpretæ in l. si voluntate C. de do. promissio. Bart. & alij post eum in l. si diuortio n. 4. de verbo. obliga. Bal. Imol. Iass. Panor. Praposi. Alex. de Neuo. Tiraquel. Pala. Rub. Segn. Perez. Ange. Didac. Gomez. Atzebed. Dueny. Ioan. Garcia. Barbof. Valaf. & alij quos refert Sanch. de matri. lib. 6. disputa. 7. num. 3. & his addendi Alciat. Craue. Vegi. Tibe. Decia. Galiau. Barba. & Corn. quos in eisdem terminis sequitur & refert Surd. decisio. 166. num. 20. 21. 22. 23. Et licet aliqui dissenserint ab hac tamē communi & receptissima recedendum non est.

17 Caterum rectissime post veteres animaduertit Dida. in Epit. 2. par. cap. 3. §. 3. num. 4. non huiusmodi dotem sic a viro ignobili aut sine, constitutam gaudere privilegij dotis, cum dos proprie illa sit, quæ a muliere vel illi patre aut ab alterius patrimonio marito constituitur.

18 Sanè & alius celebris casus superiori adiungi solet ab interpretibus, cum aut lege, & consuetudine, vel Rom. Pontif. dotis constitutio induceretur exemplum, cum lege vel statuto deflorans virginem eam dotare tenetur iuxta dispositionem cap. 1. & 2. de adultere. aut consuetudo, quæ altera lex est præscriberet, posse viros vxores dotare, aut cū Roma. Pontifex. cum consanguineis hac conditione dispensaret, vt consanguineis diues, pauperem dotaret consanguineam id ipsum sentiunt Interpretæ. & cum bono pacis, & ad sedandas dissensiones maritus vxorē dotaret ex l. creditor §. 1. ff. manda. sicut Pala. Rub. prosequitur in d. rub. de dona. §. 30. a num. 3. Sanch. supra num. 3. 6. & sequenti.

19 Quarto extenditur & regula vt procedat nedum inter veros coniuges, sed & inter putatiuos, non enim donatio valet veluti cum existimantes vir & vxor nullum esse impedimentum inter eos, contraxerant, cum enim nihil tam contrarium sit consensui quàm error præ defectu consensu sustineri donatio non potest l. cum hic status §. ff. in vers. Si quis spōsam ff. de dona. in. vi. & vx. l. si ex voluntate

20 C. de dona. in. vi. & vx. nam & neq. huiusmodi donatio morte confirmaretur d. l. cum hic status §. ff. de dona. in. vi. & vx. vbi Bal. Pala. Rub. in d. rub. §. 36. num. 7. Anton. Gom. in l. 3. Tam. num. 77. Dida. in Epit. 2. par. cap. 7. §. 1. num. 8. & alij quidam, quos refert Sanch. in comm. de matri. li. 6. disputa. 2. num. fin. vbi ante numeris præcedentibus

22 tradit quid & vbi ambo impedimentum scient, vel vnus ex illis, an donatio fisco quaratur nec ne; quod vt ab instituto tractatus nostri alienum omiserim, cōferunt, quæ tradidi infra sectio. 5. in ea questione an inter coniuges & putatiuos lucra communicanda sint, vbi resoluti communicanda fore, e ratione quod & sine matrimonio societas coniuri poterat, & quia magis eo tunc opera, & industria mulieris sit consideranda.

23 Quinto extenditur singulariter, quando & a principio facta donatione per maritū ignobilem, & dinitem vxori nobili, seu senem vxori iuueni, conuentum fuit de certa donatione, quæ licet valeat vt superi' scripti multorum autoritate nu. 16. non tamen id vindicatur, cum iterum constante matrimonio altera fuit facta donatio, vel dotatio vxori, quia cum a principio conuentum fuisset de certa quantitate, in hac secunda potius affectionis, & mutui amoris ratio considerari debet, quæ irritam facit donationem inter coniuges, quam remunerationis ratio illa, quæ hanc confirmat: celebris, & singularis, & perpetuo notanda traditio Galiau. in cōli. Alexan. verb. viginti num. 133. & ante ipsum Ploti. inter conf. vltim. volunt. conf. 163. num. 77. eos refert & sequitur Surd. conf. 164. num. 63. & 64. lib. 2. vbi nec legatū valere respondit post Plot. & Galiau.

24 Multis autem modis declarari regula solet in quibus donatio inter virum, & vxorē valet. Primus & casus, grauisq. questio apud nostros cum donatio fuit iuramento firmata, Et si enim apud antiquos valuerit nō firmari iuramento, quia aduersus bonos mores adeo vt apud maiores hæc communis fuerit aliquando, sicuti relatis viginti quinq. ex nostris nec sine labore coaceruatis, scripsit Thefa. decis. Pedemont. 32. nu. 3. Attamen hodie receptior, & quæ in iudicando obseruatur contraria est, firmari Sacramēto, sicut relatis septuaginta, & pluribus testatur idem Thefa. d. decisio. num. 2. in vers. Atq. vt a doctorum, &c. Et his addendi. Seraphi. de priuil. iuram. priuile. 71. vbi multis modis extendit, & declarat hæc communem sententiam sicut & idem Thefa. d. decis. num. 10. Bruno. in comp. iu. in vers. Donatio inter virum & vxorem. Cua. qui aliquos recensuit decisio. 30. num. 28. lib. 1. & magis communem refert Moran. conf. 53. num. 1. Surd. decis. 154. num. 1. & 7. idem conf. 194. nu. 23. lib. 1. ex Hispanicis eam tenere Pala. Rub. Dueny. Fortu. Gar. Arias. Dida. Coa. Anto. Gomez. Villalo. Vasqui. Telli. Valaf. Augul. Lopez. Suar. Matien. Gutier. Molin. Lopez. Manuel, Et hirtres extremi Theologi quos omnes refert & sequitur Sanch. tractat. de matri.

matri. lib. 6. disputa. 11. nu. 1. & 2. vt de hac opinione vt canonizata, & practica & iudicij obseruata dubitandum nō sit And. Gail. obserua. 40. num. 5. lib. 2. vbi & communem dicit hic casus quoniam pulchre declaratur & extenditur per Seraphi. supra & Thefa. ad eos lectorem reijcio.

25 Caterū insignis est dubitatio & quod vbi prius coniux donans iurasset non donare, an donatio post & cum iuramento, valida sit donatio, Et non valere obstante priori iuramento crebrius creditum est ex gl'of. in cap. licet mulieres de in. in qua sequuti sunt multi quos recensuit Dida. in cap. quamuis partum 2. par. §. 2. num. 4. de pac. in 6. Seraphi. de priuil. iura. priuile. 75. num. 44. Bart. Panormit. Angel. Pala. Rub. Alcia. Diaz. de Lu. Vasq. Villalo. & Gutier. quos sequitur Sanch. d. disputa. nu. 2. vbi latius de ratione.

27 Secundus casus, vbi donatio & inter coniuges fuit morte confirmata l. 1. & l. donationes quas parentes C. de dona. in. vi. & vx. l. Papinianus l. cum hic status ff. eo. tit. cap. fin. eo. cessat enim ratio illius amoris mutui, quo se ipsos coniuges spoliare solent, proinde cum possit alter alterum instituerē, vel eidem legare nihil mirum si moriendo donationem confirmare videatur. Neq. vllus de hoc casu dubitavit. glo. & Bart. in d. l. Papinianus Bal. Salice. Alberi. & Fulgo. in l. 1. C. de dona. ante nup. Clar. vbi adden. in §. donatio. quest. 9. num. 6. Alciat. & Gomez. quos sequitur & refert Surd. decis. 166. num. 10. idem conf. 171. num. 8. seq. lib. 1. Sanch. de matri. lib. 6. disputa. 16. num. 1. And. Gail. obserua. 40. num. 6. lib. 2.

28 Hic sanè casus quibusdam modis declarandus. Primo vt intelligatur etiam procedere, nedum in morte naturali, sed & etiam accidentali vbi gladio & vi vita fuit ablata, siue inimicorum incurfu, vel ob crimen aliquod admissum l. si tibi vbi Bal. Sali. & alij C. de dona. inter vi. & vx. Pala. Rub. Greg. Lop. Sanch. d. disputa. nu. 1. ad finem, eosdē & enim effectus, quos parit mors naturalis ipsos solet operari mors ciuilis, quoties exalioritur idem effectus gl'of. in clem. 2. verbo. morte de electio. Bart. & ceteri in lex facta §. si quis rogatus ff. ad Trebel. S. C. cum alij coaceruatis per Surd. conf. 171. num. 9. & 10. lib. 1. vbi latius exemplis comprobatur, & in eisdem terminis quod huiusmodi donatio morte ciuili confirmetur, respondit post Bal. Imol. Roman. Annibal. Bossi. Marfil. Did. Pala. Rub. Iass. Nat. Eman. Acof. Cassa. Cott. Idem Surd. d. conf. 171. a. n. 7. 8. 9. 10. cum seq. lib. 1. quam sententiam post decidendo confirmauit idem Surd. decisio. 166. nu. 10. & 11.

30 Procedit etiam hic casus & nedum in donatione vera sed & in ficta l. 2. C. de dot. cau. non. nume. veluti in confessione dotis recepta constante matrimonio facta, quæ donandi animo facta præsumitur, ex privilegio, & singulari prerogatiua donationis dotis, & augmenti, quam matrimonio constante vir vxori facit; cum enim apud virū dos esse debeat, traderetur in vanum vxori quod ad maritū possessio illico redire debeat, & breui manu ab vno in alium translata glo. insignis in d. l. Papinianus ff. de dona. in. vi. & vx. Did. post Iass. Soci. & alios a se relatos lib. 1. vari. reso. cap. 7. num. 4. Pala. Rub. Vasqui. Felin. Socin. Valaf. Molin. & alij quidam relati a Sanch. de matri. lib. 6. disputa. 16. num. 13. versic. Hinc infertur primo & post alios id ipsum decidit Surd. d. decisio. 166. num. 11. Meno. lib. 3. praes. 12. nu. 38.

31 Tertio procedit & hic & casus in donatione iocalium, & ornamentorum quæ tradit maritus vxori post nuptias contractas, confirmatur enim morte viri donatio: nulla enim ratio differentie dari potest, cur cum cetera donationes morte confirmetur, non etiam hæc iocalia, & vestium. Afflic. decis. 315. num. 10. Castre. Crauet. Anchar. Butri. Alex. Iass. & Iofred. quos sequitur idē Surd. d. decisio. num. 12. & 13. vbi rectè existimauit aduersus Imol. donata cenferi iocalia, vel vestes, vbi foret consuetudo mittendi & donandi huiusmodi iocalia a viris vxoribus, cenferetur enim id fecisse maritus, & animo donandi, & vitandi dedecus, & contemptū, qui sibi inferretur nisi id faceret.

32 Sanè si non a marito & sed a focero vel alio ascendente donatio facta fuisset, nō confirmatur morte foceri. Vbi matrimonium adhuc vigeret, sed expectanda foret mors mariti Bart. in l. 1. §. nec Castrense num. 10. de colla. bono. Surd. supra autoritate eiusdem Bart. Rolan. & Capre.

33 Caterum dubitauit ibidem Surd. nu. 14. ad medium, quid si maritus non fuerit vltis verbo dono, sed & cōcedo, vel hæc simili, an huiusmodi concessio morte confirmetur, qui rectè resoluit concessionem minime morte confirmari, & si enim largo sumpto vocabulo, verbum concedo, sit idem cum verbo, dono, glo. in l. vxori §. fina. vbi Bart. de lega. 3. Tamen ex proprietate sermonis, verbū cōcedo aliud est quam dono, non enim importat dominij translationem gl'of. in l. fin. ff. de dona. ca. pastoralis vbi Sicul. de donatio. ex. & censit. Pala. Rub. expressim in rub. de dona. inter vi. §. 7. in prin. Surd. supra nu. 15.

34 Porro cum simus in odiosis, & his, quæ de iure prohibita sunt, licet interpretatio ad largam protendi non debet, nisi subiecta materia

materia id suaderet, vt multis declarat exē-
plis Camill. de ver. sig. lib. 3. cap. 4. a num. 1.
Et cum alia p̄sumptio qua donationis acci-
pi possit, hęc capienda sit, sicut non semel
hoc tracta. scripsimus, & tradit Surd. d. de-
cisio. num. 17.

35 Neq. aliud opinantur & interpretēs cum
ex aliqua coniectura nullo expresso dona-
tionis verbo, colligi posset maritum donare
voluisse vxori, iocalia, & vestes, nā hęc mor-
te confirmaretur, & vnus testis hac in specie
sufficeret ex Crauet. Surd. d. decisio. nu. 18. 19.
quando autem iocalia & vestes donatę cen-
seantur vxori, & quando repeti possint suo
loco diximus infra nunc nihil aliud queri-
mus, nisi an donationes valeāt & morte cō-
firmantur.

36 Quarto declaratur casus quando rei do-
natę facta fuit traditio & hęc morte confir-
matur, secus si nulla interuenit. I. Papinianus
ff. de dona. in. vi. & vxor. l. res vxoris C. illo
tit. iuncta l. 2. C. si quis alte. rationē reddunt
interpretēs, quia cum facta traditio fuit cō-
firmatur res donata actu & voluntate rema-
nente re donata apud donatarium coniugē,
quando vero nulla interuenit traditio non
est quid confirmetur glo. in d. I. Papinianus,
Henri. Alex. de Neuo. las. Loaze. & alij quos
citāt & sequitur Dida. rubr. de testa. 3. part.
nu. 3. Tiraq. Pala. Rub. Rosel. Tabi. Gomez.
Vasq. Armil. Grego. Lop. Iul. Clar. Ludo. de
Molin. Gabr. Matien. Gutier. Angu. Molin. ē
societate Iesu. Lopezi. quos refert & sequi-
tur Sanch. de matrimo. lib. 6. dispu. 16. nu. 6.
ver. Quatuor tamen & his addendi alij mul-
ti, quos Surd. conf. 171. num. 6. lib. 2. & alios
Moron. conf. 53. nu. 2.

37 Atq. id ipsum cum traditio nedū realis &
sed & ficta interuenit ratione constituti, nam
hęc & morte confirmabitur, vere enim clau-
sula illa transfertur dominium l. cum hic sta-
tus §. si maritus ff. de dona. in. vi. & vxor. ra-
tionem reddunt interpretēs, quod vbi actus
est omnino nullus qui tamen possit aliquo
modo confirmari, sicut & prior actus morte
confirmatur, sic cōstitutum Bart. Bal. Angel.
Alberi. Salice. & alij multi quos refert & se-
quitur Tiraq. in comme. de in. consti. 3. par.
num. 51. & 2. par. limi. 7. num. 21. & 22. Pala.
Rub. Alex. de Neuo. Grego. Lop. Acoft. An-
to. Gom. Villalo. Vasq. Anto. Gabr. Molin.
quos refert & sequitur Sanch. d. dispu. n. 13.
ad medium.

His addēdi Alex. Deci. Angel. & alij quos
sequitur Surd. d. conf. 171. num. 17. ad me-
dium & num. 18. Parisi. Corne. & alij quos
Moron. d. conf. 53. num. 2. & his non relatis
nouissime Caua. decisio. 30. nu. 13. ad me-
dium 1. par. Sanē traditio & quocunq. tem-

pore fiat sufficit, lex enim solam desiderat
traditionem Pala. Rub. Grego. Lop. & Sāch.
supra num. 7. sicut nec obstaret donationi,
cum vir vxori donaret adiecta conditione vt
si conualesceret, res & ad eum rediret, cū in-
teruenit traditio. Mench. & sanē: ibidem.
Quæ de constituto dixi eadem repetenda in
quocunq. actu qui vicē traditionis obtineat
veluti & per retentionem vsufruct⁹ sicut ex
Tiraquel. & alij respondit idem Surd. d. cōf.
71. num. 19. Caua. d. decisio. num. 14. ad
medium.

42 Non tamen sufficeret & Iudicis decretum
vel alia qualibet solemnitas interposita in
huiusmodi donatione, nam hęc non supplet
defectū traditionis, sic rectē ex Bal. Dueny.
Gomez. Dida. Gabriel. & Clar. decidit Ca-
ual. d. decisio. 30. num. 13. 1. par. vbi latē an
detrahi falcidia possit nec ne: sed neq. si aliās
ficta probaretur valeret etsi iuramento fir-
mata in terminis Anchar. Rigien. quest. 12.
lib. 2. nu. 15. Caua. decisio. 30. nu. 22. lib. 1.

43 Tertius & casus in quo valet donatio inter
virum & vxorem quando fuit donatum ali-
quid ab vno alteri mortis causa l. si eū seruū
cum l. seq. ff. de dona. inter vi. & vxor. l. sed
interim §. sed quod dicit illo eo. in quo nul-
lus dissentit. An autem requiratur traditio &
aliqui dubitarunt, nam aliqui traditionē in-
teruenire debere existimāt sicut existimauit
Dida. autoritate Bal. Castren. & Ferdi. de
Loaz. in rub. de test. 3. par. num. 2. & 3. qui
& inibi communem dicere ausus est: verum
nullo iure opinio probatur, cum enim pro-
prius accedat donatio hęc vltimæ voluntati
quā contractui ex quo falcidia detrahatur,
ita fiet vt nulla requiratur traditio Bal. Rip.
Rom. Arerin. Castren. Anto. Gomez. Acofta.
Matien. Angul. Moli. quos sequitur & refert
Sanch. de matrimo. lib. 6. dispu. 10. num. 4.
quibus addendi alij quos consulendo in pul-
chro casu sequutus est idem Surd. d. cōf. 171.
num. 17. lib. 2.

Summē autem notādum, quod si post do-
nans testamentum conderet & in eo clausu-
lam adijceret, & cassans & irritans & c. cēse-
atur his verbis donationem causa mortis re-
uocasse, quia cum illa donatio censeatur ve-
luti legatum, nihil mirum si reuocatis ante-
rioribus testamentis, censeatur reuocata do-
natio causa mortis, erudite respondit Simo.
de Præt. conf. 149. nu. 30. Anguifo. conf. 118.
lib. 1. Alex. Raud. in comme. de analog. cap.
23. num. 64. Caua. d. decisio. num. 14. ad me-
dium, vbi diuersum existimat in donatione
facta extraneis & quæ reuocata non videre-
tur, per hanc clausulam nisi de donatione ex-
pressa mentio facta foret, quod est notabile
Parisi. conf. 90. num. 15. lib. 3. Olfasc. decisio.
Pede-

Pedemon. 118. nu. 11. Bello. conf. 60. nu. 16.
& alij citati per eundem Caua. d. decisio.
num. 14. ad finem.

47 Ex his inferuntur & alia notanda, primū
quod vbi aliquo casu donatio valeret inter
coniuges hęc morte non confirmaretur quon-
iam nihil inueniret mors quod cōfirmaret,
quæ utilitas maxima est propter fructus inte-
rim perceptos & attenditur tempus & confir-
mati & non confirmantis sicut post Simo.
de Præt. Didac. & alios multos resoluit Ca-
ualca. d. decisio. 30. nu. 26. 27. & relatis Di-
da. de Molin. consentit Sanch. d. disputa. 10.
num. fina. Neq. tunc donatio & talis vim ha-
beret relicti & vltimæ voluntatis idem Ca-
ual. ibi num. 24. in fine quamquam secus esse
dicat in donatione inter viuos & in donatio-
ne causa mortis quando donans promissit
non reuocare.

Secundo infertur, donantes sibi adiuicem
coniuges ea pacto vt superstes bona alteri-
us possideat, valere donationem quia mor-
tis causa cēsetur Anto. Gomez. in l. 32. Tau.
num. 66. Gutier. post Pala. Rub. de iura. confir-
ma. 1. par. ca. 3. nu. 26. 27. Sanch. d. dispu.
10. num. 3.

50 Tertio & illud & sequitur in donatione
causa mortis inter coniuges facta fructus ante
perceptos minime donatario deberi, quia
cū habeat donatio vim relicti & vltimæ vo-
luntatis, sic a morte debeatur fructus & non
antea, vt sentiunt Simo. de Præt. & alij cita-
ti supra nu. 49. & in specie post multos res-
pondit Surd. d. conf. 171. num. fin. lib. 2. ad-
uersus Dida. opinionem & merito, etsi Sāch.
& Pater Molin. aliud sentiunt d. dispu. 6.

51 Quarto sequitur & donationem huiusmo-
di sic factam morte ciuili confirmari quo ad
dominium, quamquam vir dum viuūt reuo-
care illam possit l. sed si mors ff. de dona. in.
vi. & vxor. vbi glo. & ceteri Dida. de testa. 3.
par. num. 4. Grego. Lop. Molin. & alij quos
citāt Sanch. d. dispu. 10. num. 5. Requiritur
tamen traditio & præcedens, nō enim sequū-
ta, publicatis bonis fiscus esset potior, quia
dominium quod apud virum remansit cense-
retur publicatum, sicut egregie probat Ema.
Acoft. in cap. si pater verbo. legauit 1. par.
num. 6. de testam. speciale enim dicit sanore
vxoris vt quando morte ciuili confirmatur,
nulla necessaria traditio sit, & si regulariter
in donatione mortis causa facta vxori non
requiritur traditio Surd. d. conf. 171. nu. 6.
& 7. Et licet Molin. soci. Iesu. aduersetur to.
2. de ius. & in tracta. 2. disputa. 288. §. Dubiū
est, quem sequitur Sanch. d. dispu. ab Acoftæ
sententia recedendum non est quam Surd.
post Bossi. & Dida. probat supra.

52 Quinto sequitur illud quod licet & morte
ciuili mariti, donatio causa mortis minime
euanescat, fauore mulieris & ex istius priui-
legio vt supra dictum, facta tamen ab vxoro
viro morte ciuili vxoris perit, sicut tradit Pa-
ter Molin. d. disputa. & Sanch. supra nu. 5. ad
finem Acoft. d. loco. Et Surd. d. conf. nu. 7. &
latius idem Sanch. dispu. 17. nu. 6. & per to-
tam disputationem.

54 Quartus casus & valida donationis cum
sponsus sponsæ donat ante matrimoniū sim-
pliciter nulla protinus matrimonij mentio-
ne habita vestes, iocalia, & alia huiusmodi l.
cum hic status §. si spōsus l. scia §. virgini eo-
tit. & nullam habere dubitationē post Bald.
Ricar. Roman. Afflic. Cāpe. Pala. Rub. Natr.
& alios decidit Surd. decisio. 166. num. 24. id
ipsum probat tex. in l. inter eos ff. de dona.
in. vi. & vxor. quare quod ex communi dictū
fuit sententia supra num. 7. & 8. donationē &
ab sponsis factam non valere, id intelligen-
dum in donatione quæ sit ab sponso sponsæ
collata in tempus matrimonij quæ ideo va-
lere non potest, quia ante matrimonium nō
transit dominium quia sic voluit sponsus do-
nator, nec post, quia non potuit vt dixit glo.
in d. l. inter eos, & in eisdem terminis Cass.
in conf. Burg. rubr. quarta §. 7. glof. constant
num. 1. 2. & 3. id ipsum censent interpretēs
in quauis alia donatione præter iocalia, &
vestes quæ indistincte valet inter spōsos mo-
do tamen quo supra sic respondit idē Surd.
ex iuribus supra citatis post Bal. Pala. Rub.
& alios conf. 164. num. 59. lib. 2. & declarat
latē Lancello. in confue. Alex. verbo. Mari-
tus, quest. 1. nu. 17. vocatur hęc donatio spō-
salitia largitas de qua latē dicturus sum.

56 An autem pacto conuento inter & virum
& vxorem vt præmortuo marito cedant io-
calia & vestes lucro vxoris, an tradita a ma-
rito iocalia magni valoris donata vxori præ-
sumatur docui infra lib. 3. quest. 47. ad eum
locum lectorem reicio vbi latissime scripsi
an iocalia prætiosa a viro tradita donata cē-
seantur.

57 Sanē spōsus & vel maritus nullo iure obli-
gatur donare sponsæ si autem donat, id ex
mera liberalitate nullo iure cogente, factū
sicut animaduertit Dida. in ca. officij nu. 4.
de testa. Feli. Spi. & alij quos refert Gutier.
lib. 3. præct. qq. questio. 43. nu. 10.
Ceterum vt clarē & familiariter hic casus
explicetur: animaduertendū varie inter spō-
sos & sponsas contingere posse donationes
fieri & eas de varijs etiam nominibus appel-
lari: quandoq. dantur arræ ab sponso & spō-
sa in signum matrimonij contracti, sicut in
contractu emptionis & venditionis & ceteris
ris contractibus l. emptor is qui vina ff. de
actio. emp. l. cōtractus C. de fid. iurum. l. 2.
C. qua.

C. qua. li. ab emp. discendi explicauit li. 1. cōparatio. 1. r. a nu. 12. cum sequen. qua significatione apud Hispaniam vltiorem non sic sumitur sed pro donatione propter nuptias sicut testatur illarū legum interpretes Pala. Rub. Mōtal. Lop. Bac. Matien. Gom. Dida. & alij quos citat Gutier. li. 3. pract. qq. quest. 43. nu. 2. & seq. Sanch. tract. de matrim. li. 6. dispu. 1. n. 1. & 2.

58 Quandoq. inter spōfos & vel inter virum & vxorem donatur in remunerationem vel donationis ab alio facte, vel beneficij accepti, & hæc donatio remuneratoria valida est inter eos nec vt valeat expectatur mors alterius vt confirmetur, l. quod autem §. vir. & vxor. ff. de dona. inter vi. & vxor. & dicitur infra suo loco.

59 Quandoq. donat spōsus sponsa & ante matrimoniu simpliciter nulla mentione habita futuri matrimonij vt dixi supra quarto casu nu. 56. vbi scripsi ex communi valere que dicitur sponsalia largitas. Interdum fit donatio ab sponso sponsa ex causa matrimonij hæc donatio & erat propter nuptias & remuneratoria dotis acceptæ quinimo & necessaria Auth. dos data. C. de dona. an. nup. Auth. sed qui nihil C. de pac. conuen.

De singulis diligenter agendum. Et prius de Arris quæ ex cōuentione in matrimonijs celebrandis inferri solent.

61 Conueniunt & omnes arras in matrimonijs, & pro securitate, ne spondentes discedant a promissione iuste imponi id enim expressim iura nostra permittunt l. Arris l. fina. & multis illius tit. legibus C. de spōsali. Anto. de But. Panor. Anchar. Card. Preposi. Alex. de Ne. & alij in ca. Gemma de sponsali. Dida. in Epito. ad 4. 1. par. ca. 3. §. 7. nu. 7. & seq. Rodri. Soa. in li. 3. tit. de las Arras lib. 1. in principio. Gomez in l. 50. Tau. nu. 12. Matien. li. 5. tit. 2. in ru. an. glo. 2. nu. 2. & 3. dixi supra compara. 1. non tamen arræ de necessitate sunt l. quod sæpe de cōtra. emp.

62 Et in hoc & a pœna differre vt cū pœna in matrimonijs contrahendis nullo iure sustineri possit, sicut declarauit li. 2. Arra postea, quam opinionem post supra citatos dixit communem Matien. supra nu. 2. in fine quæ autem sit ratio grauissimè inter nostros contenditur. Quidam enim existimant ideo Arras licitas in matrimonijs, quia cū illico tradantur, & modici soleant esse pretij quasi deliberate traduntur, nec tantus esse solet timor amittendi Arras traditas quantus soluēde pœnæ promissæ, quia faciliores sint homines ad promittendum quam tradendum, atq. ideo tradentes arras minus timere quæ promittentes pœnam solent: proinde pœna matrimonijs prohibetur, Arra permittitur,

& hæc communis est interpretum ratio Ias. in l. Titia nu. 21. 22. de verb. ob. Preposi. & alij in d. ca. Gemma. Verū hæc ratio refellitur quoniam infert arram modici valoris in matrimonijs tradi solere, proinde valere, pœnam vero quia magna sit reijci. quoniam vt & infra dicitur, arra & magni valoris tradi potest & pœna, & si modicæ quantitatis nulla est. l. neq. vbi glo. in verbo necessitatem C. de nup. Barto. communiter receptus in d. l. Titia de verbo. obliga. vbi Ias. nu. 21. Alcia. nu. 11. Panor. Anchar. Preposi. Alex. de Ne. & alij omnes in d. ca. Gemma. Dida. in Epit. ad 4. 2. par. ca. 3. §. 7. nu. 3. Matien. li. 5. tit. 2. glo. 2. nu. 2. Azebed. ibidem nu. 3.

63 Alij aliam prodiderunt rationem quales Bal. in d. l. fin. nu. 8. C. de sponsali. Perusi. inter consil. mat. consil. 6. nu. 18. 19. Valasq. consulta. 2. num. 1. ij opinantur & arram dari pro securitate matrimonij, & in illius obseruantiam, pœnā vero non pro securitate matrimonij, sed vt ad illud obligentur necessario contrahentes.

64 Consequenter arra respicit actum fauorabilem matrimonij si cōtrahatur, pœna vero odiosum si non contrahatur: verum & hæc ratio sustineri non potest quoniam arra & sic datur vt in defectu promissionis amittatur sicut pœna ipsa, imo grauior videtur datio arræ, quia illico traditur vt postea amittatur, quam pœna quæ in defectu promissi matrimonij ad illud tempus refertur, sicq. deliberato magis animo propensioriq. consilio arra efficitur ne promittens retrocedat. Rursum & arra respicit etiam odiosum actum matrimonij vbi deficit promissio, pœna fauorabilem vt efficiatur matrimonium: quare hæc Bal. & aliorum ratio verbalis potius quam realis videtur, & credidit Ias. in d. l. Titia n. 22. nullam assignari posse rectam rationem, sufficere vero quemlibet qua potuit moueri legislator vt id statuerit.

65 Vera autem ratio & a nullo animaduersa est, quod arra a contrahentibus eo principa liter animo, eaq. mente traditur vt signum sit fœderis & cōnubij promissi sic arræ spōsali titij li. 2. senten. Iu. Pau. l. si quis officium ff. de ri. nup. l. arris l. fina. C. de sponsa. dixi li. 1. compa. 11. vbi de annulli subarratione scripsi nu. 10. 11. & seq. sicut & in ceteris id ipsum agebatur contractibus vt ibidem docui. Pœna vero principaliter eo adijcitur animo vt vellint, nolint contrahentes contractum obseruent l. si pacto quo pœnam cū similibus C. de pac. d. l. Titia. d. c. Gemma. nihil mirum igitur si id quod principaliter propter adiectionem pœnæ agitur in tam libero contractu sicut matrimonium est, reijciatur, non sic in arris.

Arrarum

67 Arrarum igitur promissio valida est in matrimonio, nec illa prohibita est sicut pœna. Requiritur autem vt illico & arra tradatur vt valeat sola enim promissio non sufficit Bal. & Sali. in d. l. fin. C. de sponsa. Imol. Cuma. Aretin. & Ias. in d. l. Titia Dida. in Epito. 2. par. ca. 3. §. 7. nu. 5. licet contrarium asseruerint Barto. in d. l. Titia Panor. in d. c. Gēma. Rodri. Xua. in d. l. 1. tit. 2. de las Arras quos communiter reprobari testatur Dida. supra & Matien. in d. glo. 2. nu. 2. ad finem eandē asserunt cōmunem Preposi. & Tiraq. citati ab eodem Matien. supra nu. 3. ex tex. in d. l. final. de sponsa. Gomez in l. 50. nu. 12.

68 Sane vbi & quisquam centum vel mille pro pœna traderet in promissione matrimonij valeret traditio, quoniam potius re ipsa Arra diceretur quam pœna, quæ non illico exigitur, sed cū cōtrauentio arguitur, proinde licet nomine pœna diceretur re tamen arra sustinetur: singularis traditio Imol. in d. l. Titia num. 6. de verb. ob. quem sequutus fuit Grego. Lop. l. 37. tit. 11. Sanch. d. dispu. num. 4.

69 Communis opinio & ius ipsum & volens posse arras in matrimonio constitui extenditur vt procedat siue arra sit in parua quantitate, siue in magna, quoniam cum iura, quæ has permittunt arras in matrimonio indistincte loquatur, indistincte intelligenda: præterea quia si ratio communis cur arras permittuntur expendatur, quam supra etsi refutatā scripsi, eadē militat vbi magna est arra: sed etsi ea ratio, quam nouæ tradidi animaduertatur in signum fœderis eadem quoq. vindicatur in hac specie, & hæc opinio receptior est, & inter communes relata in r. to. in verbo arra Angel. Castren. Cuma. Ias. nu. 21. in d. l. Titia de verb. obliga. Perusi. inter consil. matrimo. consil. 5. nu. 18. Matien. in d. glo. 2. nu. 4. sequitur Sanch. de matrimo. li. 6. dispu. 35. nu. 9. ad finem vbi duas alias refert contrarias opiniones quas prætereo.

70 Secundo extenditur & communis opinio vt procedat siue arra in quantitate dentur siue in certa specie, vt in fundo, vel vinea siue in re mobili siue immobili: Etsi enim tex. in d. l. final. loquatur de arris in pecunia traditis, & licet illæ duplicari possint vt tex. ait, quod certè cōuenire nullo modo arræ in specie tradite potest l. Lucius §. impuberum de lega. 2. quibus euersus Bartol. rationibus in l. Titia num. 10. arras in specie constitui non posse docuerit: quem sequuti sunt post Panormi. Ancharra. Alex. de Ne. & post Xuar. tit. de las arras l. 1. in principio, ea tamē lex fina. nō negat, quia & in fundo, vel vinea arræ constitui possint, cū traditio fieri per ingressum possessionis possit, verè vel fictè ex clau

sula cōstituti, vel præcarij, sicut vere scripserunt Bal. & Salice. in d. l. fina. de sponsali. Imol. Cuma. Caltr. Areti. & Ias. in d. l. Titia Dida. in Epito. 2. par. cap. 3. §. 3. num. 5. & 6. Gom. in l. 50. Tau. nu. 12. refert communem Matien. in d. glo. 2. n. 2. in fine aduersus Bar. Panor. & Rodri. Xuar. eosdem sequitur post Preposi. Cucu. Grego. Lop. & Atzebe. idem Sanch. supra num. 12. Quinimo vt ostendit d. compa. 11. nu. 11. & 12. vt plurimum annullis, sicq. minime in pecunia numerata arræ constitui solebant.

71 Tertio extenditur, siue & arræ minime redantur, siue reddentur ab vtraq. parte, veluti si sponsus vel alius pro eo det centum pro arris, & eadem centum pro arris restituat donanti, Quoniam arræ quomodocunq. dentur, reperirentur permissæ: Et licet videatur nihil datum fuisse pro arris cum eadem restituantur ex l. qui sic soluit de sol. l. 3. §. versum ff. de in re. vers. & videatur in fraudem hæc vtrinq. arrarum constitutio, verè tamen nulla potest fraus cōsiderari cum is qui arras recepit, & iterum tradit tantundem arrarum amittat, suasq. perdat, si per eum stetit quominus matrimonium sequatur, nō igitur dispositio d. l. qui sic soluit nec d. §. versum ad hunc casum deduci potest, sicut docuit Cin. in d. l. fina. Bal. & Salice. Cast. in d. l. Titia vbi Ias. nu. 31. post Cuma. & Arch. Dida. supra nu. 7. & 8. Grego. Lop. Perusi. Cucu. Panor. & alij quos sequitur, & refert Sanch. supra nu. 14. Quamquam contrariam tenuerint multi, & eam dixerunt communem Villalo. in commu. litt. P. nu. 88. Matien. d. glo. 2. nu. 3. licet ipse dubitem, cum maiori vt mihi videtur interpretum numero hæc roboretur opinio.

72 Traditio hæc & extenditur etsi arræ vtrinq. data diuersæ sint speciei Cuma. enim in d. l. Titia num. 8. scripsit non valere huiusmodi arrarum constitutionem: Quia ex diuersitate fraus cōijci possit sic limitans, & intelligens superiorē opinionem, quæ sustineri nequit, nihil enim refert, si vnus quantitatem, alter speciem dedit cum omni casu vterq. arras amittat nisi matrimonium contrahatur, & tantundem arrarum restituere cogatur.

73 Sed & Alciar. & in d. l. Titia declarauit, nisi æqualis summa arrarum vtrinq. data & restituta sit, verum & superior ratio in hac specie vindicat, & ideo ius diuersum constituendum non est, sicut optime exillimat aduersus Cuma. & Alcia. traditiones Gregor. Lop. in l. 84. gl. Tal. Vinija. & probat Sanch. supra nu. 15. ad finem.

74 Declaranda superiora & vt cum de arrarū receptione agitur standum sit confessioni recipiētis id enim generale est in omni casu qui

qui prohibitus non sit, vt cōfessione recipiē-
tis stetur nisi a dāte probetur cōtrariū l. pu-
blica §. fina. ff. de poss. & in terminis nostris
Bart. in d. l. Titia nu. 7. de verb. obliga. vbi
sequuntur Aretin. Cuma. & Iass. n. 29. Alcia.
nu. 13. Panor. in d. ca. Gemma Salice. & alij
quos citat & sequitur Marien. d. glo. 2. nu. 3.
Cucu. & Lop. & post Sanch. dispu. 5. lib. cit.
Imo. Angel. & Castren. in d. l. Titia cōtrariū
& min^o bene scripserint moti vulgari illa ra-
tione quod cōfessione facta inter personas
prohibitas non stetur l. qui testamentum cū
vulga. ff. de probatio. quoniam nulla in hac
specie adelt prohibitio, cum omni iure repe-
riantur permissę arra.

75 Neq. placet & aliquorū opinio existiman-
tium, quod si ab vtraq. parte confessio fie-
ret, maxima inde suspitio de receptionis cō-
fessione fraus eliceretur, quoniam sicut cō-
muni receptum sententia est stari confessio-
ni vnus recipientis, sic & cum vtraq. pars id
ipsum fateretur propter superiorem ratio-
nem tum & quia siue arra dentur ab vna par-
te, siue ab vtraq. omni casu permittuntur, sicut
ex communi dixi supra nu. 80.

Aliud nunc caput excutiendum, qui arras
perdant, quibus aplicentur, & qua causa ex-
cusat ab arrarum amissione: circa primum,
qui arras perdant, indistincte Iustinianus sta-
tuit eos arras perdere, qui fidem contrahēdi
violantur d. l. fina. C. de sponsali. sicut id ip-
sum contingit in emptione & venditione §.
1. Insti. de emp. & vendi. l. contractus §. illud
C. de fidei Inst. Gomes li. 2. resol. ca. 2. n. 18.
perfecto autem matrimonio qui arras tradit
eas recuperat Hosti. titu. de sponsa. in sum.
§. 1. Panor. in d. ca. Gemma sequitur ibidem
Preposi. nu. 8. Alex. de Ne. num. 27. Didac. in
Epito. ad 4. 2. par. ca. 3. §. 7. nu. 11. Syluef. in
summa. verbo, sponsalia quæst. 9. Marien. d.
glo. 2. nu. 5. vbi alios recenset, & inter com-
munes in verb. Arra: A cōtrario & igitur se-
quitur is, qui citra culpam aliquam recedit
ab sponsalibus non eas perdit, sed eidem re-
stituendę d. l. fina. d. l. contractus §. illud, id
tum contingere potest cum vel voti, aut reli-
gionis gratia alter retrocedit, aut iuste igno-
rato impedimento sponsalia perficere ne-
queunt, abelt enim culpa, & pœna infringi
non potest.

76 Iuste ignorato & impedimento ideo dixi,
quoniam vbi arras donaret is, qui cōficius fo-
ret impedimenti eas amitteret, dolus enim
& illius delictum hac pœna coercetur glo.
in d. l. fina. verbo. reddi. C. de sponsali. quam
inibi ceteri sequuntur Alex. de Ne. post ve-
teres in d. ca. Gemma nu. 22.

78 Perdit & arras & is qui cum primum ma-
trimonium cōtrahere potuit nullo insto im-

pedimēto adductus, cōtrahere pratermissit
post morte praeuentus perficere non potuit,
cum enim mora sua (vt in regula iuris est)
cuilibet sit nociua, sic eas perdet, ac ille, qui
dolo facere distulit l. arris vbi & glo. in ver-
bo, praeuit quam alij sequuntur C. de spon.

79 Perdit itidem & arras & ad duplum tene-
tur, imo in quadruplum cum sic fuerit cōuē-
tum, vbi is qui recepit, minime adimplet, tā-
tundem enim de suo matrimonio triplum
etiam & quadruplum conuentum restituere
tenetur d. l. fina. C. de sponsali. alias enim si
solum arras receptas restitueret, nihil de suo
amitteret.

80 Perdit & arras minor contrahens sicut
maior hac adhibita differentia, vt si maior
recepit vt modo dicebā, restituit in duplū,
triplum etiam, & quadruplum si sic fuerit
conuentum, at in minore altera obseruatur
regula vt solum restituat quod recepit, siue
arra data sint eidem minori, siue tutori, aut
curatori, d. l. fina. C. de sponsa. qua hanc ip-
sam constituit differentiam. Sic tamen intel-

81 ligenda traditio illius & legis, nisi minor aeta-
tis veniam impetrauerit, sicq. maior iuris
fictione reputetur, eo enim in casu idem de
eo, quod de maiore iudicandum: Interpretēs
ibidē & alij in d. ca. Gemma Sanch. de ma-
trimo. lib. 1. dispu. 36. num. 8. qui inibi post
Hosti. Ioan. Andr. Anto. Henric. Inno. Alex.
de Neu. & alios cautelam docet, vt cū minor
matrimonium cōtrahere & vult, non sibi sed
patri vel alijs coniunctis arras tradant, vt di-
plicatas restituant: sumitur cautela hac ex
verbis eiusdem l. fina. vbi de parentibus &
arris recipientibus meminit.

82 Sanē nulla inter parētes, tutores & vel tu-
tores distinctio facienda est cum ij arras
recipiūt nomine minoris, & filij respectiue,
vtrōq. in casu nisi arras restituant, si vero no-
mine proprio vbi tutores vel curatores, &
vbi parentes, in duplum, triplum, & quadru-
plum conuentū tenerentur, sicut egregie de-
clarauit in d. l. fin. Cin. Salice. n. 5. alij supra.

84 Verum in duplo arrarum & amissarum, tri-
plo, vel quadruplo cōuēto, arrę receptę cōpu-
tandę sunt docet Alex. de Ne. in d. gem. n. 22.

85 Enim vero vbi vtraq. pars arras dedit &
recepit, qui iniuste & discedit, suas perdit
arras, & quas recepit restituere tenetur, hac
enim est illius l. fina. C. de sponsa. practica
restate ibidem Din. post Salice. nu. 9. & alijs
ibidem Sanch. d. dispu. 5. dum arrarum quā-
titas æqualis fuerit: atsi dispar, si ea quam in-
iuste discedens tradit minor foret, vsq. ad
quātitatem ab altera parte maiorem datā,
supplere teneretur, sic enim dupli pœnam
luere cogitur retrocedens, vt illi docent, &
recte quidem.

Ex

86 Ex superioribus, & alterum caput decidi-
tur, quibus hæc arra applicentur, his enim
dantur qui in fide manentes a promissis re-
cedere & matrimonio nolunt, in illius odiū
qui fidem fallit d. l. fina. sicut in contractu
emptions l. contractus §. illud C. de fide
inst. §. 1. insti. de emp. & vend. Nisi & culpa
etiam vtriusq. argui posset mutua enim de-
licta pari compensatione tollerentur l. viro
& vxore cum vulga. ff. 50. matri.

87 Circa tertium, excusat & ab hac arrarum
amissione iustum impedimentum, vt luti si
quispiam morte preuentus, perficere nō po-
tuit promissum, nisi tamen fuisset in mora vt
antea dixi: tum & cum vnus religionem in-
gredi vellet, aut propinato impedimentum
legitimum reperiretur, d. l. arris in d. l. fina.
C. de sponsali.

89 Quid autem in foro & conscientia vbi ius-
tam habet causam discedendi a promissis
sponsus, quod fornicata fuerit sponsa inte-
rim dicit Sanch. remissiuē dicta dispu. n. 1.
in fine: quid etiam in matrimonio spiritali
an arra valeat nec ne idem Sanch. disputa.
39. a num. 1.

90 Planē illud notandum & ex solo osculo
sponsam arras non lucrari glos. in d. l. arris
verbo, defuncta C. de sponsa. Anto. Gomez.
in d. l. 50. Tau. nu. 12. Sanch. d. dispu. 36. n. 3.

91 Sed noua & nunc quæstio emergit, quid vbi
iustum impedimentum oriretur vel consan-
guinitatis, vel aliud canonicum, quo stante
dixi supra arras non amitti, an si facilis sit
dispensatio impedimenti, & instet pars
vna, vt dispensationem obtineant a Romā.
Pontifice, si nolit altera, num perdet arras
qui dispensationem recusat: videretur enim
amittere eas eum qui sic recusat, quia facilis
sit Roma. Pontificis dispensatio, neq. im-
possibilis iudicetur conditio quæ a Summi
Principis potestate pendet in his, quæ ab eo
solent facile impetrari l. apud Iulianum §.
constat de lega. 1. Hinc scripsit & post Dida.
& alios plures Ludo. de Molin. de primog.
Hispa. lib. 2. cap. 13. num. 8. 9. & 10. condi-
tionem adiectam in primogenio seu maio-
ratū, qua grauauit testator filium vel alium
vt cum consanguinea intra tertium vel quar-
tum gradum matrimonium contrahat, non
videri impossibilem, quia facile Roma. Pō-
tifex soleat in his dispensare gradibus, prop-
terea parendum fore conditioni ex d. §. con-
stat de cuius traditionis veritate admodum
dubitandum, quoniam & impossibilis eo ip-
so iudicatur conditio, & pro non scripta cuius
implementum a voluntate pendet Roma.
Pontificis & si facile soleant in aliquibus ca-
sibus dispensare, sicut in his terminis multo-
rum autoritate docet Mant. in comm. de

92
93
94
95
96
97

cōiectu. vlti. vo. lib. 11. tit. 18. nu. 6. & ean-
dem opinionem post alios multos a se rela-
tos tenuit Simo. de Præ. in commen. de in-
ter. ver. vlti. vo. li. 4. dubi. 12. dub. 1. n. 6. 7. 8.
2. to. fol. mihi. 443.

94 Igitur ad nouam redeuntē & quæstionem
verius arras non amittere eum, qui patefacto
impedimento, nolit dispensationem obti-
nere, quoniam id voluntarium est non neces-
sarium, & sufficit vt spondens arras nō amit-
tat, quod iusto impedimento matrimonium
attento illo statu, cōtrahere non potuit quā-
rationem considerarunt Mant. Simon. de
Præ. & alij vt crederent conditionem illam
nubendi in gradu prohibito pro non scripta
habenda, & probat tex. in d. l. arris & d. l. fin.
C. de sponsali.

95 Prædicta autem omnia duobus modis de-
claranda, primo vbi pater vel alius qui arras
dedit nequit cum filio vel filia perficere vt
matrimonium adimpleat promissum, si enim
& ex parte suam quantum facere potuit fecit,
arras non amittet pater, cum ex communi
traditione paucis dissentientibus promittēs
factum alienum, nihil amplius re ipsa pro-
mittere videtur, quam se facturum & cura-
turum, proinde pœnam vitat, qui sic cum pœ-
na promissit vt alius quidquā faceret Bart.
receptissimus in l. continuus §. istud de verb.
ob. vbi alij post eum Alex. Soci. Feli. Parpu.
Angel. Cur. Crot. Gramma. Lancel. Deci.
quos sequitur & recenset Dida. in ca. quan-
uis pactum 2. part. §. 5. num. 3. & in terminis
quæstionis nostræ Sanch. de matrimo. lib. 1.
dispu. 36. num. 12.

96 Contrariam opinionem rectius tenuit &
Grego. Lop. in l. 84. verbo. è guifara, titu. 18.
par. 3. motus ex eo quod promittens factum
alienum, non euitet pœnam, & si faciat quan-
tum possit, ex traditione Areti. & Iass. sed
quia illorum opinio communiter improba-
tur, hæc ratio nullius est considerationis, mo-
uetur rursus ex iure Regio vterioris Hispa-
niæ & lege supra citata, quam nihil etiam fa-
cere. Sanē ostendi supra; tertio mouetur ex
eo quod facile foret colludere patrem cum
filio vel filia, ostendendo patrem se facere &
curare omni conatu, secreto autem filio vel
filię aliud suadere: quæ ratio spernēda nō est.

97 Ego libenter in ipsius & conscendi senten-
tiam quam verissimam credo iura enim in-
discriminatim voluerunt vt dans arras, nisi
sequatur matrimonium, eas omnino amit-
tat d. l. arris d. l. fin. Quod si ea iura non ex-
tenderentur ad eos casus in quibus filij vel
filiæ nolunt, patribus tamen omnino curan-
tibus, dispositiones illarum legum omnino
inutiles forent & in nullo fere casu locū ha-
berent: aduersus tex. in l. nam ad ea ff. de
legib.

legib. Rursus vt rectè animaduertit Lopez in dies colluderunt pater & filius vel filia, similiter tutor vel curator cum minore, & alius quilibet dans arras pro alio.

Accedat superioribus quod cõmunis illa traditio Barto. & aliorum de eo, qui alterius factum sub pœna promissit, vt eam vitet, si fecit quantum potuit, non rectè proposito casui adiungi potest, illa enim de mœra pœna loquitur, nos de arra, quæ nihil commune cum pœna habet, nam in matrimonio pœna etsi modica habere locum nõ potest, arra sic d. l. fina. dixi ex communi supra nu. 69. cum seq. vbi & multiplicem huius communis opinionis rationem reddidi. Quinimo nec triplum vel quadruplũ ex conventionione in arris conuentum prohibitum est, nec vt pœna iudicatur. Quia arrarum naturam sapit, & sequitur d. l. fina. dixi supra nu. 89. & minus bene sibi ipsi contrarius Sanch. scripsit d. disp. 36. nu. 13. in prin. arram loco pœnæ succedere, cum idem contrarium & rectius dixisset d. disp. 35. a nu. 1. cum sequenti. Eo maxime quod de iure canonico arrarum præstatio nõ sit interdicta licet pœnæ apositio maxime d. l. fina. quæ cum expressim, in arra, duplo, triplo, & quadruplo cõuento disponat, neq. iure canonico ¶ correctæ expressim reperitur, illius standum est dispositioni etiam in foro canonico c. 1. & 2. de no. ope. nunciatio & resoluit post Grego. Lop. Paludan. Hosti. Ioan. Andr. Alex. de Neuo Præposit. D. Antoni. Syluest. Rosel. Angel. & Anto. Gomes, idem Sanch. d. disp. 36. nu. 11. ab opinione igitur Grego. Lop. (qui alioquin fuit vir eruditissimus) recedendum non est.

Hæc de arris cõsequenter nunc iuxta ordinem propositum agendũ est de donatione remuneratoria, quæ fit ab sponso vel marito futuræ sponse, vel vxori, quæ omnino ¶ valet iuxta tex. in l. quod autem §. vir & vxor, ff. de dona. int. vir. & vxor. Hæc autẽ donatio multipliciter contingere potest, vel quia tantundem recepit maritus ab vxore donante, vel quia maritus donet vxori ob merita ab ea accepta vel quia ignobilis ipse, nobili det vxori in recompensationem suæ probilitatis, aut quia vir senex iuueni in compensationẽ iuuentis.

Circa primum ¶ casum cũ donat maritus sponse vel vxori quia tantundem ab ea recepit, valet donatio reciproca in remuneratiõne semel acceptæ donationis facta d. l. quod autẽ §. vir & vxor. Neq. expectanda est mors vt confirmetur, est enim debiti & recepti semel beneficij compensatio, sic innumeris relatis communem recenset Tiraquel. in trac. de nobili. ca. 18. nu. 19. idem in commen. l. si vniquam verbo donatione largit^o nu. 19. C.

de reuo. dona. idem in consue. Gallica. titu. 14. §. 1. glo. 1. 2. Pala. Rub. in rubri. de dona. int. vir. & vxor. §. 32. n. 8. Anto. Gom. in l. 52. Tau. nu. 66. Meno. qui alios in com. de arbit. Iud. quæst. li. 2. casu. 132. nu. 4. Ioan. Gar. in tracta. de dona. remu. nu. 21. Rolan. consi. 5. num. 1. alios refert Sanch. de matrimo. li. 6. disput. 6. nu. 11. & his addendi Ioan. Philip. respon. 48. nu. 14. Anchar. Rigien. quæst. 12. nu. 6. & 7. lib. 2. Valaf. consil. 2. n. 7. & consi. 5. nu. 18. Barbo. in l. quæ toties nu. 56. ff. solu. ma. & Surd. decisio. 166. nu. 19. 20. 21. Boer. in consue. Bituri. rubri. de costu. §. 1. prope finem versic. inde secundum hanc consuetudinem latè & eleganter Galiau. in consue. Alexan. verbo viginti quæst. 8. n. 82. cum sequen. Tiber. Deci. respon. 74. per totum li. 4. & respo. 4. nu. 27. li. 4. Surd. consil. 164. n. 3. lib. 2. And. Gail. li. 2. obserua. 40. nu. 7. Ofaf. decisio. 100. nu. 19. nouissime his non relatis Pereg. consil. 76. nu. 29. li. 1. Rationem eam reddunt Interpretes, quod his ¶ mutuis donationibus nihil damni coniuges patiantur, aut vllam matrimonij diminutionem, tantumq. adsit, quantum absuit d. §. si vir, l. inter focerum §. cum intel. & l. Debius ff. de pact. dotali. Hinc docuit pulchrè glo. in l. licet C. de pact. has reciprocas donationes, non lucratiuam causam continere sed onerosam, sequuntur ibidem interpretes. Curt. iunior consil. 81. Ioan. Phil. d. resp. 48. nu. 21. 22.

Hinc etiam ¶ pulchrè intulit Pala. Rub. si pra nu. 8. posse maritum constante matrimonio donare vxori a qua ante cõtractum matrimonium donationem receperat, non est prohibita in hoc casu donatio, quæ in recompensationem alterius donationis facta sit.

Plane ¶ sic communis opinio intelligenda est, vt valeat donatio reciproca dum quantitas vel valor rei donatæ non excedat valorẽ vel quãtitatẽ prioris donationis, in eo enim quod excedit cõseretur donatio simplex, quæ inter virum & vxorẽ est omnino interdicta, l. si sponus §. circa ff. de dona. int. vi. l. sed hoc specialiter. §. 1. ff. de condic. indebi. declarat Bal. in l. illud num. 8. C. de sacro. Eccle. Alex. & las. in l. si donatione C. de collatio. Deci. Socin. & alij relati per Io. Phil. d. respon. 48. nu. 29. Surd. consil. 164. nu. 33. li. 2.

Extenditur communis ¶ opinio & regula d. §. si vir, vt nedum procedat vbi quãdo maritus recepit ab vxore certam quantitatem, vel rem aliquam donatam, vt itidem marit^o vxori possit donare tantundem, sed & vbi nihil recepit ab vxore, nisi illius exigentib^o meritis, & obsequijs sibi præstitis, quem casum supra secundo loco collocaui: valida igitur donatio est, nam merita & obsequia ab vxore ¶ præstita marito estimationem recipiunt

piunt magnæ quantitatis si magna fuerint, & paræ, vbi exigua sint; sic expressim innuit tex. in l. sed & si lege §. consuluit in verbis, & velut genus hoc esse permutatiõis, de peti. hered. l. Aquilius regulus in verbis defendi non meram donationem esse, verum officium magistri mercede remuneratum ff. de dona. l. si pater §. fina. ff. de dona. l. metum §. sed licet ff. de eo quod me. cau. Hinc docent omnes obligationem ¶ esse antidotalẽ donandi, & remuneratoriã dici, non simplicem, sicut ex multis (vti solet) ostendit Tiraquel. in d. l. si vniquam, verbo, donatione largitus, num. 16. Didac. qui & multa de hac dixit donatione in cap. cum in officijs num. 9. de testa. Menoch. præsum. 167. num. 31. & seq. lib. 4. Ioan. Gar. qui proprium de hac donatione tractatum addidit a num. 1. cum sequen. Clar. aliqua §. donatio quæst. 3.

Verum ¶ subtilis Pinell. in comme. l. 1. par. 3. n. 61. 62. C. de bo. mater. omnino negauit valere posse, huiusmodi donationes remuneratorias, in gratiam obsequiorum ab vxore maritis præstitorum, quia vxores qualescunq. sint nobiles vel ignobiles, iuvenes vel senes, obstringatur perpetua maritis omni iure obsequia præstare, atq. ideo recompensationem nullam mereri, cuius opinio facillè sustineri potest & mihi admodum placet quæ & multis præter ab eo traditas, rationibus confirmari posset, nisi viderem superfluũ aduersus tot & tantos agere patres, rationibus autẽ Pinell. respondet Ioan. Garc. in d. tracta. de dona. remu. nu. 1. 2. & seq. sed non exacte, quin & illius solutiones subterfugi possunt sed communi adherẽdo pro qua vbiq. in omnibus iudicijs iudicatur, eam sequentibus modis declarandam post alios exilimo.

Primo vt hæc donatio ¶ ob benemerita fiat, eadẽq. ipsa exprimere oporteat in eadem donatione alias simplex non remuneratoria diceretur donatio, sic Bald. in l. illud nu. 8. C. de sacro. Eccle. & post alios a se relatos Barbo. in l. quæ toties nu. 56. & seq. ff. solu. matri. & his addendi Tiraq. qui alios multos refert in d. l. si vniquam in verbo donatione largitus nu. 70. & 92. C. de reuo. dona. & post Socin. consil. 147. lib. 1. Anchar. Rigien. quæst. 12. lib. 2. num. 8. & 9. rationem ¶ reddunt ij interpretes, quoniam vbi non sumus in prohibitis, si verè merita præcedunt censetur facta donatio meritorum contemplatione, etsi nulla de his fuerit facta mentio, at in prohibitis veluti inter virũ & vxorem necesse est vt merita exprimantur, alioquin simplex donatio foret, consequenter interdicta.

Contrariam opinionem ¶ tenuerunt alij multi, eadem ipsa cõmunis & receptior nullam requiri expressionem meritorum, dum probetur merita præcesse, sic prior scripsit glof. in d. l. si donatione verbo postulas C. de colla. quam inibi Bald. Salicet. Angel. & alij sequuntur, innumeros de more coarctat Tiraquel. in d. l. si vniquam versicul. Donatione largitus a num. 71. & seq. & ex nouissimis Menoch. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. casu. 88. num. 53. Mascard. de proba. conclus. 560. num. 10. Gar. in d. tracta. de dona. remu. num. 49. Sanch. de matri. lib. 6. disputa. 6. num. 3. vers. Sed dicendum Gutier. in præcti. quæst. lib. 2. quæst. 120. ad fin. Bar. Bal. Crot. & alij quos Surd. consil. 164. num. 7. lib. 2.

Secundo declaranda opinio communis vt procedat, cum merita ab vxore marito præstita non aliàs omnino debita forent, si enim omni ex parte deberentur nulla donatio foret veluti cum maritus donaret vxori quia secum cohabitauit, vel cum eo in vno & eodẽ lecto dormiuit, & his similia, quæ ex cogitari facillè possunt, hæc enim necessario marito debentur: & ridicula videretur donatio quia nullam in necessitate liberalitatem ostenderet, argum. l. rem legatam de adim. l. proximè cum vulg. de rit. nup. docent innumeri quos in hanc opinionem, & veram adfert Tiraquel. in d. l. in verbo, donatione num. 106. & 107. vbi Ripa. num. 30. quæst. 14. Ioan. Gar. d. tracta. de dona. remu. num. 54. Anton. Gomez. in l. 29. Tau. num. 23. Gutier. tractat. de iura. confir. 1. part. cap. 5. num. 2. & 3. Pela. tractat. de maio. 1. part. quæst. 22. num. 22. Sanch. d. quæst. num. 4.

Tertio declaratur, ¶ cum merita grauiã sint, secus in exigua & nullius cõsiderationis, neq. enim in hac specie valeret donatio declarat Pala. Rub. in d. rubr. §. 50. nu. 32. & 33. Castell. in proem. ll. Tau. verbo gracia. vers. Sed non quælibet: verum hæc declaratio ¶ quam & amplectitur. Sanch. d. disp. num. 5. vera nõ est, cum ex communi receptum sententia sit vt mox dixero, omnino valere donationem remuneratoriã inter virum & vxorem ob merita, quæ si exigua sint & donatio maxima in eo quod excedit velut simplex iudicatur & sic nulla, quod si & donatio modici sit momenti, sicut & benemerita, valebit donatio in eo enim quod donatio excedit benemerita iudicatur nulla nihilque specialitatis habet cap. relatum in 2. de testa. Oldra. Tiraq. & alij quos sequitur Surd. consil. 324. nu. 15. lib. 3.

Quarto declaratur ¶ cum merita æquipolent donationi & donatio meritis, ita vt nec

R donatio

donatio benemerita excedat, nec benemerita donationem d. cap. relatum de testa. sic ex communi multis relatis resoluit Tiraq. in d. l. si vniquam, in verbo donatione num. 79. & 80. Garci. in d. tractat. de dona. remu. num. 51. Gracia. reg. 150. num. 28. Angul. de meliora. l. 12. glos. 1. num. 19. Atzebed. post Gregor. Lop. in l. 4. num. 1. titu. 1. lib. 5. Sanch. d. disputatio. num. 5. qui alios Angel. Imol. Corn. Bertran. Tiraq. Parisi. Cassan. Cott. Menoch. quos refert & sequitur Surd. consil. 164. num. 33. & 34. lib. 2. Pereyra consil. 76. num. 27. & 28. cum seq. lib. 1.

114 Quando autem + merita dicantur æquipollere donationi, & si variae sint opiniones quas Sanch. retulit d. disputa. num. 7. 8. & 9. communi tamen receptum sententia est id iudicis arbitrio indicandum cū aliter nobiles aliter ignobiles remunerare soleant, aliter diuites, aliter pauperes ca. 1. de dona. sic relatis pluribus resoluit Tiraq. vbi supra n. 84. & seq. pulchrè Menoch. de arbit. indi. lib. 2. casu 132. num. 7. Clar. §. donatio quaestio. 3. & 8. Ioan. Garcia de dona. remu. num. 53. Anchar. Rigien. quaest. 12. num. 9. lib. 2. Soci. Purpura. Ias. Cur. & Menoch. quos sequitur Surd. d. consil. 164. nu. 34.

115 Et si enim Pinell. + in d. l. 1. part. 3. num. 61. opinetur omnia obsequia debita esse viris etiam vilia & ab vxoribus licet nobilibus consequenter nullam considerari posse remunerationem, post. Barbati quæ fuit antea opinio Ioan. Andre. in cap. Tilleras num. 9. de res spolia quem sequutus fuit Angel. in Sum. verbo vxor. num. 2. & eisdem & alios recenset Tiraquel. dicens per verbum forte, hanc fore veriore tractat. de nobili. cap. 20. num. 95. cum sequent. & in ll. conubia. l. 1. glos. 1. num. 27. ea motus ratione quia debitoris nobilitate + deterior esse nõ debeat conditio creditoris nisi id expressim iure caueatur: & cum ex iuris dispositione teneatur vxor marito obsequia prestare, quia subdita cap. hac imago. cap. ordo. 33. quaest. 5. l. sed si vir ex lana ff. de dona. inter vir. & vxor. neque excipiat mulier ab his obsequijs & si nobilis proinde remuneratoriã dici non posse donationem: & quia sciens se nobilem a principio ignobili nupsit & illius se subiecit imperio: Quibus illi rationibus adducti dubitauerint an inter virum & vxorem remuneratoria possit dari donatio. Verum + communis opinio contrariam opinionem amplexa, existimat pæraque fore obsequia animaduersione digna quæ nobilis vxor ignobili maxime prestare non cogitur veluti seruitia infima, quæ nisi cum dedecore prestari nequeunt argum. l.

interdum r. ff. de oper. liberto. vnde contrariam opinionem tenuit Bald. in l. si vxorem num. 6. C. de condi. inser. Felin. Deci. Corfe. Palat. Rube. Rosel. Syluest. & alij relati per Sanch. d. disputa. 6. num. 14. Sane & in eisdem obsequijs quæ ab vxoribus maritis debentur necessarijs maior & minor vxorem cura considerari potest, solertia, amor solitudo, cura, industria, sunt enim multæ ita eximia prudentiæ & amoris erga maritos vt eos etsi nolentes & inuitos aulter licet sic suis dilitijs atrahant & obsequijs lubenter continuis inferuiant, vt maximum inde maritorum sibi ipsis amorem comparent quod indies videmus: sunt & in prudentes multæ & tam exigui iudicij pigræ & aulteræ vt nullum sibi maritorum amorem concilient, & longa vt dicebat Iuris Consultus inter artifices differentia est: sic & in graui, & oblonga ægritudine summa cura præstita obsequia remunerationem possulant vt ex Paris. & Deci. Tiraquel. scribit d. verbo, donationi largitus num. 108. Et his alia adiungi possunt innumera obsequia solis maritis remunerantibus cognita: Tulit planè Deus O. Maxi. non aliunde Aeuam quam ab vna ex Adæ Costis, vt viri sciant nõ feruas, sed socias fore vxores.

118 Porro & donatio + reciproca & remuneratoria dicitur & ea, quæ a marito ignobili facta fuit nobili vxori, fit enim in recompensationem nobilitatis & sustinetur donatio, & valet, nec mors expectanda est vt constrinetur dat enim maritus pecuniam, vxor vero nobilitatem adfert glos. vnica, quam singularem dixerunt nostri in d. l. si voluntate in verbo perendis C. de do. profissio Barto. ibi num. 2. Tiraquel. de nobilita. cap. 18. num. 19. Clar. in §. donatio. quaestio. 9. num. 5. Socin. senior. consil. 67. num. 11. lib. 1. Tiber. Decian. pulchrè resp. 74. num. 12. & seq. lib. 4. Iacius Galian. in consil. Alex. verbo, viginti quaestio. 8. num. 82. Surd. decis. 166. num. 22. Andre. Gail. obserua. 46. num. fina. lib. 2. Surd. post antiquiores a se relatos consil. 164. num. 36. ad medium lib. 2.

119 Limitat hanc traditionem + communem Clar. supra vt procedat quando facta fuit donatio tempore nuptiarum, secus si post constante matrimonio. verum non adducit aliquem in confirmationem suæ opinionis, neque rationem adfert, proinde & reiciendum existimo, quoniam si reciproca donatio etiam constante matrimonio fieri potest, quoniam non dicitur proprie donatio vt superius diximus, cur non etiam ista fieri poterit & hæc est omnium mens interpretati quos nunc ante adduxi.

Secundo

120 Secundo limitatur + notabiliter quando maritus ignobilis diues tamen, accepit vxorem nobilem sed pauperem, eo sanè casu donare non posset. maritus in recompensationem nobilitatis, & de huiusmodi idem quod de simplici iudicandum foret, rationem reddunt interpretes, quia compensata fuit iam nobilitas vxoris pauperis nobilis, cum diuitijs multis mariti, neque alia eget compensatione sic prior omnium docuit pulchrè & verè Palat. Rube. in d. rubri. de dona. int. vir. & vxor. §. 32. num. 9. sequitur Surd. d. consil. 164. num. 36. ad medium.

121 Tertio limitatur + quando inæqualitas donationis facta habito etiam respectu ad nobilitatem vxoris foret magna, & excessiua tunc in eo quod excedit iudicaretur vt donatio simplex sic Bald. in d. l. si voluntate Bertran. consil. 46. ad fin. lib. 2. Palat. Rube. supra & in terminis proprijs Galian. in consil. Alex. verbo viginti num. 132. & hos sequitur Surd. d. consil. 164. num. 36. lib. 2. Peregrin. consil. 76. num. 29. lib. 1. & relatis alijs in alia tamen specie præter nunc citatos Ioan. Gar. tractat. de dona. Remu. num. 51. Gratia. regu. 150. Angul. de melioratio. l. 12. glos. 1. num. 19. Atzebed. in l. 4. titu. 1. lib. 5. num. 5. Sanè si modicus foret excessus existimarem donationem valere nec vt simplicem iudicandum, quoniam gratitudinis lex hoc ex se ipsa habet, vt plus reddat quàm acceperit sicut ex D. Thom. & Aristote. Fortuni. scribit in l. 2. §. ius naturale num. 62. ff. de iur. & iu. & vt rectè Lancello. quem refert Sanch. d. disputatio. num. 7. ad medium, acceptatorem beneficii instar agri fertilis futurum plus reddentis quam in suo fuerit seminatum & Sene. lib. 2. de benefi. cap. 18.

122 Verum enim vero + si nobilis donaret alicui formosam siue nobili, siue ignobili rescindi vt inæqualis non posset in eo quod excedere videretur, quoniam attentata nobilitate nullus videtur excessus, solent enim ij vt plurimum liberaliter donare, & excessus in meritis non esset considerandus Tiber. Decian. qui multa & præclara ad institutum consil. 4. a num. 27. lib. 4. idem consil. 74. toto illo consil. lib. 4. Corne. Barbati. & Decia. quos refert, & sequitur in hac specie Surd. decis. 166. num. 22. 23.

123 Verum hæc opinio etsi a grauissimis his scriptoribus tradita, temperanda mihi videtur (alias enim periculosa foret) vt vindicet quando donata etsi magne quantitatis + correspondent nobilitati, & si respectu vxoris & meritorum illius excessiua forent, secus vbi excederent donata gradum

suæ nobilitatis cum inter nobiles, alius alios superet, & multi sint gradus nobilitatis inferiores, medij, & superiores, hæc igitur donatio in eo quod excedit, simplex foret proinde inualida nisi morte confirmaretur: atque adeo nostri hæc respexerunt, vt in cæteris inæqualibus, reciprocis & remuneratorijs donationibus voluerint simplicem illam, quæ excedit donationem reseruadam + fore filijs prioris matrimonij sicut ex Ripa. & alijs scribit Surd. d. consil. 164. num. 33. & seq. lib. 2. sicut & in donatione excedente 500. aureos, quæ requirit insinuationem + cum tamen remuneratoria nulla indigeat, nisi in eo, quod excedit sicut nouissime post multos respondet Peregr. d. consil. 76. num. 27. lib. 1.

124 Quarto mihi declaranda videtur communis traditio in eo quod receptum fuit de marito diuite, & ignobili donante nobili, vt valeat in recompensationem, quando a principio + maritus erat diues, non sic si ex post facto diues effectus vellet donare, quia cessat ratio illa, quam adducunt interpretes, quod a principio maritus pecuniam & diuitias, vxor vero nobilitatem adferat vt supra scripsi nu. 130. quod etsi noue animaduertsum verissimum credo.

125 Eadem ipsa, quæ de viro + nobili donante nobili diximus extendenda, prout extendunt interpretes ad maritum senem donantem vxori iuueni, valet enim tamquam reciproca, & recompensatiua neque indiget morte vt confirmetur, sic Alciat. post alios respondit respons. 254. numer. 1. Crauet. consil. 443. num. 12. & hos sequitur Surd. decis. 166. num. 21. idem Surd. consil. 164. numer. 35. lib. 2. Andre. Gail. obseruatio. 40. num. fin. lib. 2. declarant & limitant interpretes quando donatio excessiua non est alioquin in eo quod excedit vt simplex foret iudicanda.

Denique & ea omnia, quæ de viro ignobili diuite donante vxori nobili diximus eadem protrahenda sunt ad hanc speciem promiscue enim interpretes de ignobili diuite, & seu sanè donantibus nobili vel iuueni loquuntur.

Vt autem ad supra a nobis scriptum ordinem reuertamur numer. 59. & 60. quando diximus de arris, secundo de donationibus reciprocis, tertio loco adieci eas donationes, quæ fieri quandoque solent ab sponsis ante matrimonium nulla matrimonij ratione habita, de his nunc agendum.

Dixi igitur supra num. 56. validas fore donationes inter virum & vxorem, cum sponsus donat sponse vel sponsa sponso ante matrimonium spe matrimonij, non tamen vlla

- 128 Sponsalitie largitatis donatio quo iure, quibus in casibus sustineri possit & matrimonij mentione facta ex multis quos inibi citauit Bald. Ricar. Afflict. Camp. Palat. Rube. Nat. Surd. Cassan. & alijs rationem reddidi ibi ad quam lectorem reijcio hæc autem donatio vocatur sponsalitia largitas de qua me nunc dicturum scripsi num. 61.
- 129 Sponsalitia hæc & largitas quæ ab sponso sponis fit spe ineundi matrimonij specialis erat contractus §. 1. & in rub. vt sponso largi. specia. fit con. in authen. Hæc donatio ante nuptias vocari etiam solita est seu dotalitium teste Palat. Rube. de dona. int. vi. & vxor. §. 3. num. 2. apud Neapolitanos vocatur donatiuum teste Fran. decis. 503. num. 1. & 2. 3. part. Et licet Anton. Gomez. in l. 50. Tau. num. 59. pro eodem vsurpari affirmet, id tamen non de iure communi defendi potest, Quoniam vere & proprie donatio hæc ante nuptias quæ & sponsalitia largitas est ante matrimonium fieri solet Cin. & Salice. in l. minoribus C. de dona. an. nup. & constat expressim ex tex. in l. cum re C. illo titul. & animaduertit Vincen. de Fran. d. decis. num. 1. & 2. post Telli. in l. 32. Tau. num. 26. Matien. in l. 1. glof. 1. titu. 2. nu. 1. & 2. apud nos in Cathalonia sponsalitiuum Thom. Mier. in cons. hæc nostra num. 118. Donatio autem propter nuptias, de qua post dicturi sumus fit in securitatem dotis, vel virginitatis amissa, vel alia ex causa iuxta iuris dispositionem & diuersas regionum & gētium cōsuetudines, sicut scripsi supra. num. 62.
- 130 Verum & priusquam ad explicationem huius donationis accedam scire pœnis oportet, iure veteri sponsalitiuum largitatē dum nulla conuentio in contrarium deducta foret, donationem fuisse irreuocabilem & ab solutam neque potuisse reuocari quod si sub conditione matrimonij ineundi celebrabatur, id exprimere oportebat, l. 1. ff. de donatio. l. si filia l. si tibi C. de dona. an. nup. verum nouo iure Codicis aliter fuit statutum nulla enim exigitur expressio conditionis futuri matrimonij tacite enim in est ex præsumpta mente contrahentium tex. apertissimus qui hanc dirimit controuersiam in l. cum veterum C. de dona. an. nup. proinde sequuto matrimonio conditio illa adimpleta censetur & irreuocabilis remanet donatio. sic post veteres declarat Anton. Gomez. in l. 52. Tau. num. 2. Arias in l. 50. num. 3. Matien. lib. 3. titu. 2. vn. glof. 3. num. 2. & 3. est igitur irreuocabilis donatio, & donataris acquiritur mulieri & etsi nec copula carnalis vel osculum præcedant, vel eius culpa matrimonium non sequatur

- d. l. 1. versic. Igitur de dona. d. l. si mater C. de dona. an. nup. erat omnis simplex & pura donatio quæ nec in tempus matrimonij referebatur, proinde valebat sicut citati nunc interpretes docent, & dixi supra num. 56. & 57.
- 132 Nouo & autem statutum à Iustinia. fuit vt si minime matrimonium sequatur culpa donantis, siue is sponso fit vel sponsa, totam perdit sponsalitiuum largitatem, & acquiritur accipienti, quod si aliquid accepisset restituet si vero soluere quidquam promissit soluet si autem ob donatarij culpam restituet quod à donatore accepit d. l. cum veterum C. de dona. an. nup. Et præsumitur facta spe futuri matrimonij glof. 1. ad fina. in d. l. cum veterum Cin. Angel. & Palat. Rube. quos Vincen. de Fran. decisio. 503. num. 10. lib. 3. Verum vt perfectius tota hæc materies explicetur regula constituenda est. Regulariter sponsam ex & osculo dimidiam lucrari vbi post morte præuentus sponso vel sponsa fuit & dimidiam adquiret à donationis alteram restituet dimidiam hæredibus sponso, si recepisset aliquid tum sponso ab sponsa restituet, ex osculo enim verecundiam mulier, vir gaudium accepit, l. si à sponso C. de dona. an. nup. sic paulo ante relati interpretes num. 141. & præter eos Cin. Bald. Salicet. Alberi. Fulgo. quos in hac eadem facti specie recenset Vincen. de Fran. decis. 503. num. 6. (Qui in præclara & singulari facti specie casum quendam inter viros nobilissimos contingentem decidit.) voluit enim Iustinianus vt ex solo osculo saltē dimidiam lucratur sponsa, non enim tam facile virum reperiret Vincen. de Fran. supra qui multos ex Hispanis scriptoribus à me relatis citauit sic indicatum affirmans. Ex his infertur ad celebrem illum casum decisionis Vincen. de Fran. quid vbi osculum non fuit datum à viro sponse propter se, & sui gratiam & voluptatem, sed in gratiam sponsæ infirmæ & iam morientis, ea occasione si forsitan ex sponso osculo & illius gaudio salutem consequeretur sponsa, sanè cum ratio illa ab omnibus assignata in hoc casu cesset, & illius dispositio, nihil igitur lucrabitur sponsa ex huiusmodi osculo, quod ille sua decisione pulchrè probat & decidit, is videndus.
- 135 Nec refert & an osculum præcedat donationem vel donatio osculum, vtroque casu sponsa donationem, similiter & sponso lucratur, ratio enim illa osculi militat in hac specie, sicut & cum donatio præcedit & ex osculo ruborem, verecundiam, & iterum nubendi difficultatem nanciscitur Anto. Gomez. in d. l. 52. num. 6. post alios à se relatos Matien.

- Matien. in d. l. 4. glof. 3. nu. 1. Barbo. in rub. ff. solu. matri. 2. part. num. 112. Atzebe. in d. l. 4. num. 13.
- 136 Verum etsi in superiori specie nulla constitui soleat differentia an osculum donationem præcedat nec ne, summum tamen discrimen, quando osculum & vel copula præcedunt sponsalia, datur enim osculum in tempestiue, & magis libidinis vel voluptatis occasione, quam spe futurarum nuptiarum, quæ nullo modo præcedunt, sic pulchre. Palat. Rube. in d. l. 52. num. 8. & 9. Didac. in Epitom. ad 4. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 14. Anton. Gomez. num. 6. in d. l. 52. Arias in d. l. 50. nu. 9. Matien. in d. l. 4. nu. 3. glo. 3. Barbof. in d. rub. 2. par. nu. 108. Atze. d. l. 4. num. 13. Gutier. quæst. 44. nu. 7. lib. 3. practica.
- 137 Conueniunt autem & omnes ex solo amplexu sponso sponse dato, non lucrari quidquam sponsam quoniam tex. in d. l. si sponso & in d. l. cum veterum & alij superius memorati de solo osculo loquuntur non de amplexu. Et quia non eadem verecundia & ruboris ratio militat in amplexu sicut in osculo ex quo corrupta pro dimidio caro videtur sicuti dixerunt antiqui interpretes quos refert Franc. d. decisio. num. 1. 2. 3. & resoluit in amplexu post Pala. Rub. & Atze. in d. l. 4. num. 31.
- 138 Caterum & quid dicendum vbi osculum non fuerit datum in ore vbi solet sed in maxilla vel fronte, an lucratur sponsa dimidiam noua quæstio, exilitem, sic lucrari sponsam dimidiam, ac si in ore datum fuisset, eadem enim ratio ruboris & verecundia militat in hoc casu sicut in altero, eadem etiam iterum nubendi difficultas; tum quia iura supra citata de osculo dicunt, nec distinguunt, an in ore vel maxilla datum sit; Rursus quia hæc interpretatio est fauorabilis mulieribus, quæ ob lucrum dimidia donationis facilius nobent.
- 139 Communis opinio & recepta, quæ ab osculo dolo sponsæ voluit dimidiam lucrari sponsam si maritus interim moritur, ex dispositione d. l. si à sponso, & d. l. cum veterum declaratur ne locum habeat vbi sponso sponsalitia contraxisset cum sponsa sub conditione veluti & si Papa. dispensaret. si interim pendente conditione, sponso sponsæ osculum daret non lucratur dimidia sponsa, quoniam conditionis euentus, qui à Roma. Pontificis voluntate pendeat spectans non fuit, ideo datum pendente conditione osculum impurum fuit & libidinosum, proinde ex eo nullum sponsa lucrum reportare potest, sic ex supra citatis Palat. Rube. Anton. Gomez. & alijs rectè scripsit Sanch.
- de matrimo. lib. 6. quæstio. 18. nu. 7.
- 140 Declaratur secundo, & idem ius obseruandum in his, qui nedum sub dicta conditione contraxissent, sed in alia quavis etsi mixta quinimo & potestatiua, veluti si contraxisset sponso sub conditione si sponsa centum in dotem daret, præcedit enim & in hoc casu osculum sponsalia, consequenter, vti culpabile non lucrum sed pœnam meretur: sic relati sentiunt interpretes.
- 141 Tertio declaratur & nedum præcedente osculo sponsalia, sed & copula quod fortius est, pendente igitur conditione copula interueniens, quæ totam facit lucrari sponsalitiuum largitatem vt infra dicetur, ex ea sponsa nihil lucrabitur etsi enim iure antiquo pendente conditione potestatiua contracta sponsalia, interueniente post copula videbatur recessum à conditione, sic sponsalia perfecta erant. cap. per tuas de condi. opoli. iure tamen nouissimo Tridentini cum copula & nullius sit effectus, non censetur ob eam à conditione recessum, proinde cum copula culposa sit, ex ea lucrari sponsa nihil potest, sicuti rectè sensit Sanch. disputa. 19. nu. 6. lib. 6.
- 142 Quarto declaratur regula & vt sponsa ex osculo totam dimidiam consequatur sponsalitiuum largitatis d. l. cum veterum d. l. si à sponso, at ex copula integram sponsalitiuum largitatem, eisdem legibus nunc citatis. Siue traducta fuerit & vxor siue non in domum mariti sicut scripsit Atzebe. post Olan. & alios d. l. 4. num. 1. 2. 3. Verum totam lucraretur posthanc traductionem etsi nulla copula interuenisset, præsumitur enim ex traductione sicut rectè Gregor. Lop. in l. 3. titu. 11. part. 4. glof. besado. & licet ab illius opinione discedant Palat. Rube. Castil. & Atzebe. quos sequitur Sanch. d. disputa. 19. lib. 6. num. 6. adducti iuribus veterioris Hispania, attento tamen iure communi canonico & si non ciuili, ex traductione, neque etiam colhabitatione non præsumitur matrimonium, sicut multorum scripti autoritate lib. 1. comparatio. 13. à num. 13. cum seq. propterea neque copula alius esse potest effectus, maxime iure nouo Concilij Tridentini & iuxta cuius dispositionem copula vel traductio nisi adhibitis solemnibus, matrimonium operari non potest, dixi ibidem numer. 7. sic efficitur vt si nullis solemnibus noui iuris traductio facta fuisset & copula subsequuta, cum culposa sit copula, & traductio, & recedere contrahentes possint à matrimonio, nihil ex traductione, vel ex copula mulier poterit lucrari.

146 Quinto declaratur ꝛ vt si post sponsalia de futuro interuenerit copula, quo in casu iure veteri sponsalia in matrimonium transibant cap. is qui fidem cum vulga. de spon. consequi illo iure poterat sponsa totā sponsalitia largitatem, sicut post Palat. Rub. scribit Anton. Gomez. in d. l. 52. num. 3. & Matien. quos refert Sanch. d. disputa. nu. 5. & licet iure antiquo vt antea dicebam id admitti posset, iure nouo Concilij recipi nequit, quo cessant matrimonia præsumpta vt fufe à me lib. 1. compar. vndecima.

147 Verum exiltimant relati interpretes, si ꝛ non totam sponsalitiā largitatem lucratur sponsa, saltim dimidiam acquirere, sicut propter osculi traditionem lucraretur: admittit Sanch. supra num. 5. eorum opinionem, quia inquit non considerant iura an osculum vel copula illicita sint, sed ruborem, verecundiam & difficultatem iterum nubendi illius tamen sententia ꝛ admitti nō potest, cum nulla apta differentie ratio reddi possit inter superiorem & hūc casum, quoniam in hac specie maior vindicat ratio amittendæ largitatis sponsalitiæ, cum grauius sit peccatum copula osculo, inde ex maiori peccato lucrum reportaret sicut ex minori: Neq. ratio differentie quam adduxit Sanch. consideranda est, dum scribit ex osculo pendente conditione dato nullam posse dari iustam excusationem, in hac autem specie non minimam, quod copula concessa fuerit ab sponsa spe futuri matrimonij, & licet culpabilis coram Deo, in foro tamen exteriori iuxta hominum exiltimationem non culpæ vel infamiæ copula tribueretur: id enim verum non est, cum sciant cuncti hodierno iure cuius ignorantiam nullus potest excusare, copulam illicitam esse neque spe futuri matrimonij concedi posse, cum postea sicutum sit vtrique resiliere, nisi solemnij adhibitis, atque ideo grauis est culpa mulieris, quæ in copulam consentit subiiciendo se & suos tantæ infamiæ & periculo si post sponsus forsitan nollet matrimonium perficere: sed neque verum est iura non considerasse an osculum vel copula licita sint nec ne, cum non ad aliud attenderint leges quā ad copulam, quæ post legitimum consensum est sponsalia eo modo quo contrahi iure ff. & Co. solebant interueniebat l. nuptias vbi omnes de reg. iur.

148 Sed & cum d. l. si a sponso & tex. in d. l. cum veterum & omnes etiam leges illius tituli C. de dona. an. nup. do. sponso loquantur, & illius osculo, & copula sponsi, apertissimum est in eo iura vim facere an scilicet osculum vel copula licita sint, & tempore habili & legitimo post contracta sponsa-

lia, data; Quoniam osculum & copula in alijs punibilis, ad ea quæ Iul. Clar. §. fina. quæstio. 86. nu. 6. vbi Baiard. ad eum nu. 30. Varias penas iuxta diuersitatem regionum recenset osculi virgini, vel vxoratae dati in sponsis licita & permissa.

149 Sexto declaratur, ꝛ quando simul post donata ab sponso sponsæ mater sponsi, pater aut alius ex ascendentibus donauit etiam sponsæ quoniam morte sponsi, licet lucratur sponsa dimidium non tamen lucrabitur alteram dimidiam donatorum per matrem sponsi per alios attinentes, quoniam t. ex. in d. l. si sponso, loquitur tandem in donatis per sponsum non ab alijs, Adde rationem quoniam gratia osculi, & voluptatis quam recepit sponsus ex eo, simul & rubore & verecundia, quam intulit sponsæ efficiunt vt lucratur sponsa dimidium, hæc ratio cessat in matre donante, Et quia cum de donationis præsumptione agitur, ea omnia quauis ex causa fugienda remanet, igitur in his rebus ab matre sponsi, & alijs ascendentibus donatis iuris regula, vt commodata præsumantur sponsæ vt ornate incedat & ad nuptias prodeat, sicut scripsi supra, sic in hac specie aliquando fuisse iudicatum in illo eruditissimo Senatu Neapolitano refert Vincen. de Fran. d. decis. 503. à nu. 9. vers. Quo vero vsq. ad nu. 19.

150 Septimo ꝛ declaratur vt & sponsa lucratur ex osculo, dimidiū, ex copula totam donationem, etiam eo casu, quo inter vtrosque subesset canonicum impedimentum cuius occasione matrimonium inter eos constare nō poterat, dum tamen ignara fuisset & sponsa illius, & crassa non ducta sponsa ignorantia: rationem reddunt interpretes quod illius bona fides eam excusat, & quia osculo dato verecundiam, vir gaudium receperit. Palat. Rub. in l. 52. Tau. num. 5. vbi Anton. Gomez. num. 7. Matien. d. l. 4. titu. 2. glos. 2. num. 2. post alios quos recensuit.

151 Vnde si vel ipsa ꝛ & illius sponsus impedimentum non ignorassent, dimidiam minime sponsa ob illius proteruiam non adquiret: Quoniam tacitam in se donatio sponsalitiæ largitatis conditionem habet, si nuptiæ sequantur d. l. cum veterum. Franq. d. decisio. num. 9. alij supra, proinde cum adstante canonico impedimento, celebrare non possint, nullum consequi lucrū sponsa poterit; Et his addo, idem etsi dispensatio Roma. Pontificis post expectaretur, quoniam sufficit vt amittat sponsa dimidium, contraxisse se tempore inhabili ad ea, quæ fufe scripsi supra num. 100. cum seq. multis.

152 Verum ꝛ si solus sponsus impedimentum igno-

239 Nunc autem questio & grauis incidit his temporibus ex pacto fuerunt constitutæ curdam mulieri à marito mille & centum aurei pro donatione propter nuptias & illius augmento simpliciter neq. stipulatus fuit maritus eam donationem sibi aut suis post mortem suam reuerti sicut solet, quæsitum an vxor totam donationem, integrâ habeat ad suas voluntates: videbatur eam integre ad vxorē pertinere marito mortuo quoniã in totâ donata simpliciter & ex pacto & conuentione potuit hoc fieri, tam de iure communi vt infra suo loco diseram, quam etiam iure nostro regio, sicut resoluunt omnes maximè Mier. in d. consti. hoc nostra num. 118. vbi hæc verba, & ad hoc quod mulier lucretur istam donationem oportet quod interueniat pactum de lucrando, &c. ita fiet vt mulier marito mortuo possit integre de ea vti propria disponere. Et his accedit quod licet donatio propter nuptias mortuo marito redeat ipso facto ad hæreses mariti glo. in authen. siue à me C. ad S. C. Velleia. in glof. 1. auth. æqualitas C. de pac. conuen. cū alijs à me traditis supra quest. 8. num. 185. ex pacto & tamen licet conuenire vt tota donatio propter nuptias pertineat ad vxorem tex. illo insigni in quo omnes in cap. fina. de dona. int. vir. & glo. ibi ex quo tex. inferunt glof. & ceteri maritum promittentem vxori restituere donationem propter nuptias in omnem euentum post sui mortem eo ipso effecisse vt mulier totam lucretur: sicut in terminis scribit Bald. in l. 2. C. de bo. q. li. Gozadi. conf. 47. Parisi. conf. 59. lib. 2. Crauet. conf. 184. Cum. singul. vltimo Neuizan. Angel. & alij quos refert & sequitur Roland. conf. 62. à num. 1. 2. & seq. lib. 1. & his addēdi Becci. Alban. & alij, quos Surd. conf. 164. num. 14. lib. 2.

Qui ibidem num. 4. ex sententia Corne. & Gozadi. subdit. tunc maxime locum esse huic opinioni & quando adest iuramentum in promissione mariti sicut in nostra specie, in qua post constitutionē dictæ donationis iurauit constituens: Pro contraria parte videtur ex sola hac simplici constitutione dotali non ceteri donatam totam illam donationis propter nuptias quætitatem. Primo quoniam contrahens censetur in dubio contraxisse & iuxta consuetudinem suæ prouinciæ

242

& regionis, sicut in proprijs terminis donationis propter nuptias scripsi infra questio. 60. num. 4. dixi constituentem donationem propter nuptias in dubio, eam partem constituisse videri, quæ in ea regione solita sit & Rayne. in l. post dotem ff. solu. matri. docuit maritum promittentem restituere dotē, simpliciter videri promississe iuxta statuta regionis quem sequutus fuit ibi Alcia. & cōf. 153. lib. 5. Bolog. in d. l. post dotem latius Rolan. de Lu. dot. quest. 37. vnde cum apud nos, sit solitum posse mulierem eligere vel totam donationem, præstata tamen cautione de tota ipsa restituenda post illius mortem hæredibus mariti vel dimidiam, ad suam liberâ dispositionem, simpliciter promittēdo, maritum, videri promississe iuxta consuetudinē regionis.

243 Nec obstat iuramentum & quoniam illud non auget obligationē sicuti scripsi multis infra questio. 80. num. 12.

244 Non etiam obstat traditiones illæ & insignis Parisi. Gozad. Cra. Rolan. & Surd. quoniam loquuntur, vbi maritus promississet vxoris restituere dotem & donationem propter nuptias in omnem euentum, in hac specie nulla erat promissio restitutionis, sed solum constitutio augmenti siue donationis propter nuptias: Verum quoniam post capitulum illud in quo fuerit facta constitutio, illic aliud fuerat subsequenti adiectum, & eo maritus vxori facultatem concedebat disponendi de dimidio augmento ad illius liberâs voluntates, casu quo præmoreretur ipsa viro, & consequenter fuit data dimidia donationis in casu quoniam debetur mulieri cum solū debeat. In casu præmorientis & mariti, sicuti apud nos id receptissimum est & apud Neapolitanum regnum testate Vincen. de Fran. decis. 182. num. 14. 1. par. nisi ex pacto aliud fuisset statutum inter partes nam valet conuentionio delucranda donatione per vxorem, etiã in casu præmorientis mariti, sicuti scripsi infra questio. 57. num. 3. idcirco respondi posse mulierem totam, & integram petere donationem propter nuptias, si enim in casu quo nihil debetur mulieri, præmoriēte scilicet marito concessit dimidiam libere illius donationis, fortiori ratione in priori capitulo antecedenti voluit totum augmentum, donare, cum enim dubius sit sensus disponentis, neq. reseruauerit sibi & suis maritus partē donationis propter nuptias, vbi solitū est, ambigua mariti loquutio ex proxime sequenti & immediato connexoq. capitulo clarè deprehenditur, voluisse totam donationē se præmoriēte fore vxoris, quod dimidiã dederit, vbi nihil debetur ipsa præmoriēte, cum vna pars dispositionis & declaratur,

246

claretur, per aliam maxime omnino coniectam ad tex. in l. qui filiabus cum vulga. de lega. 1. & præcipue vbi sequens capitulum est clarum sicuti erudite respondit comprobans multis Odd. consil. 95. num. 76. Neque melior & interpretatio adduci potest quam ea, quæ ex verbis apertis disponentis adducitur, qui seipsum in alia parte declarauit nisi seruus plurium §. fina. d. l. qui filiabus de leg. 1. Bartol. in l. Centurio ff. de vulga. num. 27. cuius traditionem communem refert Parisi. consil. 73. num. 40. lib. 2. Socin. iunior. qui & communem consil. 51. num. 9. & consil. 65. num. 10. lib. 4. Mant. qui alios de conie. vlti. volun. lib. 6. titu. 13. num. 15. Odd. d. consil. 95. num. 76. Maxime in materia fauorabili donationis propter nuptias acquirēda vxori, sicut enim dos fauorem conferret & donatio etiam propter & nuptias fauorabilis dicitur mulieri, sicuti scripsi ex traditione Menoch. in prælud. Tertij libri num. 40. 41. & seq. sed ea traditio Bartol. Alexan. & Bolog. de qua supra reprobat ab Alciat. in tractat. de præf. Regu. 3. præf. 32. num. 11. & lib. 1. de verb. significa. fol. 11. ea subtili ratione motus, quod vbi certa portio defertur ab statuto vel consuetudine, promissio simpliciter facta de dote restituenda cum verba totum importent, ad partem referri non debent, vti ille ibi latius.

249 Octauo queritur & an in donatis propter nuptias vxori pro his consequendis competat prælationis priuilegium sicut pro rebus dotalibus, quam questionem agit Cancer. in suis resolu. cap. 9. num. 8. Et quidem id aperte decisum fuit in l. assiduis, in versic. Hæc autem C. qui potio. licet igitur mulier in dote præferatur omnibus creditoribus anterioribus habentibus tacitam, & posterioribus habentibus expressam, in donatione tamen propter nuptias aduersus tertium prælationis priuilegium non habet & probat tex. in l. in rebus C. de don. an. nup. §. his consequens in auth. de acqui. dor. Iass. post veteres in §. fuerat de actio. num. 40. Zafi. num. 14. Dida. qui alios plerosque lib. 1. varia. resolu. cap. 7. num. 1. Anto. Gomez. in l. 50. Tau. num. 8. versicu. Sexto quero & num. 11. versicu. Tertio differunt, Vincenti. de Franq. decis. 182. nu. 2. & nu. 16. 1. part. alios prætereo.

250 Ceterum & summopere, notandum, quod vbi mulier agit aduersus maritum vel illius hæreses pro donatione propter nuptias ad securitatem dotis, illius solutionem, vel satisfactionem, habet mulier nedum tacitam hypothecam, sed & priuilegium prælationis aduersus ceteros creditores, quinimo nec

257

huic hypothecæ posset renuntiare mulier expressè, cum potissime donatio propter nuptias sit adiuuenta pro securitate dotis, singularis traditio Cyn. in d. l. assiduis, quæ sequitur Salice. Innocen. Plat. Angel. Iason. & alij quos refert & sequitur Anton. Gomez. in d. l. 50. nu. 1. 1. versu. Tertio differunt.

251 Denique extra tamen & casus à iure expressos dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant, & equalem continent cum dote fauorem l. cum multa C. de dona. an. nuptias Afflict. decis. 154. & probat multis exemplis egregie idem Vincen. de Fran. d. decisio. 182. à num. 2. 3. 4. 5. dixi id ipsum autoritate Menoch. supra quest. 1. num. 41. Surd. tractat. de alimen. titu. 1. quest. 42. nu. 77. 78. 79. Menoch. lib. 3. præf. 15. nu. 10.

252 Nono queritur & an bona subiecta restitutioni sicut pro causa dotis alienari possunt, sic pro donatione propter nuptias insignis tex. in auth. res quæ C. communia de lega. statuit posse alienari vbi omnes id fuisse docent, atque ideo hic articulus ad ea quæ inibi & alibi passim interpretēs plena manu scripserunt remittendus est: An autem & sicut mulier post mortem viri ex regia constitutione. Hæc nostra, potest retinere sibi fructus bonorum mariti, & suos facere, donec plenè & integritè fuerit exoluta de dote, & donatione propter nuptias, id etiam possit in bonis vincularis, & restitutioni subiectis dixi latè infra questio. 25.

254 Decimo queritur & an factum de lueranda certa portione dotis factum per maritum præcedente vxore, eo ipso censetur factum, etsi nihil de eo dictū sit respectu vxoris in eo de portione donationis propter nuptias adquirenda, & factum ceteri decidit tex. in cap. fina. ex. de dona. int. vir. & vxor. tex. in auth. æqualitas C. de pac. conuen. Palat. Rube. in rubr. de dona. int. vir. & vxor. §. 18. num. 1. Cyn. Bald. Salicet. Angel. & alij in d. authen. æqualitas. Faber. Ange. Plat. Anch. Camp. & alij quos refert Anton. Gom. in l. 50. Tau. num. 10. in versicu. Sexto conueniunt & num. 11. versicu. Secundus dixi fuisse de hac infra quest. 31. vbi latissime.

255 Vndecimo queritur, an & requiratur æqualitas donationis propter nuptias, cum dote iuxta text. in auth. æqualitas C. de pac. conuen. dixi de hac infra questio. 60. vbi suffus.

256 Duodecimo & queritur, an donatio propter nuptias adquisita per vxorem, quæ ad secundam vota transit, debeat reseruari filijs prioris matrimonij, de hac questione latè infra questio. 57.

257 Decimo tertio queritur & an possit mulier vindicare res propter nuptias donatas, cōstante

SECTIO. II.

SUMMARIVM.

- tante matrimonio, sicuti vindicat res dotales maritus l. doce ancillam C. de rei vindica. & videtur non posse, quonia mortuo marito illico reuertitur donatio ad maritum l. fina. C. de dona. an. nup. l. si liberis eo. tit. caplerumq. ex. de dona. int. vir. & vxor. & cum sit in potestate mariti, ad res illius constante matrimonio agere nequit.
- Verum in tribus casibus licet mulieri constare matrimonio vindicare res donatas. Primus quando soluto matrimonio non redditur dos vxori. Secundus, quando ex pacto non lucratur donatione. Tertius, cum constante matrimonio maritus vergit ad inopiam, intelligo quod possit vindicare mulier ab extraneo, non ab eodem marito, tex. elegans. in auth. permessa C. de dona. an. nup. vbi post glo. Bald. Angel. Salicet. & alij Anton. Gomez. in l. 50. Tau. num. 10. vers. Quarto conueniunt.
- 258 Decimo quarto queritur, vtrum possit mulier renuntiare iuribus sibi competentibus in donatione propter nuptias sicut enim mulier habet tacitam stipulationem pro dote, sic & pro donatione propter nuptias l. 2. C. de bo. q; libe. l. Et videtur posse, quonia & ei licet renuntiare iuribus hypothecae qua habet in bonis mariti pro securitate dotis auth. siue a me vbi glo. C. ad Velleia. S. C. nisi in duobus casibus; primus quando maritus est soluendo in alijs bonis, secundus, quando fit remissio generalis hypothecae a iure inducete fecus vbi fieret remissio specialis & expresse Bart. & ceteri in l. iubemus C. ad Velleia. l. etiam eo. tit. glo. Bart. Sali. Bald. & Angel. in auth. sine a me Roma. conf. 140. Negufan. post veteres de pigno. 3. num. 6. par. nu. 14. Afflic. vbi Vrsil. decis. 313.
- 259 Contraria vero sententia recipitur in nostra specie quod nequeat renuntiare mulier donationi propter nuptias, nec iuribus sibi in ea competentibus glo. insignis vbi Bart. Bald. Salice. Angel. & alij in auth. dos data C. de dona. an. nup. qua glo. dixit communem Anto. Gom. in l. 50. Tau. n. 10. in vers. Quinto conueniunt; quoniam cum detur in securitatem dotis, facile consentiendo mulieres & renuntiando, indotate sepius remaneret, sic cum maritus constante matrimonio nequeat etiam de consensu vxoris alienare dote, l. 1. & tit. de fund. dotal. sic nec de consensu vxoris donationem propter nuptias d. auth. siue a me vbi glo. & omnes.
- 260 Declara predicta nisi ad stante & iuramento, licet mulieres de iu. iu. c. quauis de pac. in 6. quod latus infra dicitur sectio. vltima interim videndus Gail. lib. 2. obserua. 77. Et haec de donatio. propter nuptias que frequenter agitur in hac prouincia.
- 261

- 1 Pactum inter virum & uxorem in capitulis matrimonialibus contractum, vt filius primogenitus succedat, an valeat.
- 2 Donatio facta in capitulis matrimonialibus filio primogenito valet, secundum maioris opinionem.
- 3 L. Diui Constantini C. de natura. libe. declaratur.
- 4 L. si interff. de pact. dotal. expenditur.
- 5 Pacto stipulatione vallato, filijs nondum natis acquiri potest.
- 6 Pater potest in quarendis filijs suis preiudicare.
- 7 Pater filijs providere, potest suo pacto in rebus particularibus non in vniuerso patrimonio.
- 8 Parentes suo pacto filios procreandos legitima priuare non possunt.
- 9 Filij post testamentum nati testamentum rumpunt.
- 10 Formula Galli Aquilij quare inuenta.
- 11 Cap. 1. de filijs nat. ex. matrimo. ad morgani. contrac. declaratur.
- 12 Incertitudo quandoq. sustinet pacta, qua alias non valerent.
- 13 Minor propter incertitudinem non restituitur.
- 14 Pactum inter fratres quod vno sine liberis decedente hereditas ad alterum deueniat, propter incertitudinem sustinetur.
- 15 Incertitudo sustinet contractus, qui alioquin usurarij forent.
- 16 Incertitudo tollit remedium l. 2. C. de rescind. venditio.
- 17 Pacta reciproca valida.
- 18 Pacta reciproca de futura successione, & tota hereditate inuvalida sunt.
- 19 Matrimonij fauor maximus.
- 20 Pacta, qua matrimonio coherent ab eodem veniunt.
- 21 Consuetudo vbi noluit testamentariam institutionem valere inter virum, & uxorem nisi vsq. ad certam summam, valet tamen in duobus casibus.
- 22 Institutione testamentaria prohibita inter virum, & uxorem, non censetur prohibita, que ex conuentione in contractu matrimoniali conuenta est.
- 23 Fieri multa incidenter possunt, que principaliter nequeant.
- 24 Pactum vt filia, que matrimonium contrahit prater dotem cum alijs sit successura fratribus, non valet.
- 25 Fauor liberi arbitrij superat fauorem matrimonij.

Fauor

- 26 Fauor dotis, & matrimonij non extenditur ad casus in iure non expressos.
- 27 Matrimonium etsi valeat, plerumq. tamen pacta in eo apposita non valent.
- 28 Pactum in capitulis matrimonialibus appositum vt primogenitus succedat, non valet secundum magis communem, & veram sententiam.
- 29 Pactum future successionis nec fauore pie cause sustinetur.
- 30 Pacta de futura successione tanquam bonis moribus contraria a lege improbantur.
- 31 Pacta de hereditando filios iure communi improbata.
- 32 Donatio facta in contractu matrimonij filijs nascituris cum notarij stipulatione, valet secundum quosdam.
- 33 Filio nascituro queri potest stipulatione per patrem interposita.
- 34 Tiraquelli traditio improbata.
- 35 Donatio vniuersalis, & pacta de succedendo generaliter improbantur.
- 36 Donatio facta in contractu matrimonij filio primogenito de certis rebus sustinetur.
- 37 Donatio facta in contractu matrimonij de Baronia de Castro in Regno Aragonia an valuerit, consilia, que contraria adferuntur.
- 38 Boerij opinio reprobat.
- 39 Pactum in capitulis matrimonialibus factum de quota hereditatis valet in fauorem filiorum.
- 40 Pactum quota hereditatis, & rei certa vnum, & idem censetur.
- 41 Pactum de futura successione in fauorem filiorum factum in contractu matrimonij, potest consuetudine roborari.
- 42 Pacta illicita de iure, statuto, vel consuetudine possunt validari.
- 43 Consuetudo plurimum potest in pactis de iure improbat.
- 44 Pacta de futura successione inter nobiles facilius sustinentur.
- 45 Consuetudo Germanie pactum de futura successione in contractu matrimonij admittit.
- 46 Consuetudo Gallie pactum de futura successione in contractu matrimonij admittit.
- 47 Consuetudo Italiae pactum de futura successione in contractu matrimonij admittit.
- 48 Consuetudo Hispania Vltioris, & Citerioris, pactum de futura successione in contractu matrimonij admittit.
- 49 Consuetudo huius Regni Cathalonie pactum de futura successione in contractu matrimonij admittit.
- 50 Pacta de futura successione iuramento firmantur.
- 51 Consuetudo roborare potest pacta de futura successione dum reseruetur filijs legitima.
- 52 Matrimonium contrahentes ob immensas donationes filijs primogenitis factas, ceteros filios legitima priuare non possunt.
- 53 Pacta de futura successione iuramento vallata, an possint reuocari petita absolute a iuramento.
- 54 Iure sanguinis vbi succeditur, legitima filijs non debetur.
- 55 Pactum in fauorem primogeniti factum in contractu matrimonij, mediate stipulatione notarij sustinetur.
- 56 Pactum in fauorem primogeniti factum in contractu matrimonij mediante stipulatione patris sustinetur.
- 57 Stipulatio necessaria est in donationibus, in quibus vnus post alium succedit.
- 58 Stipulatio necessaria non est secundum verioris opinionem in donationibus successiuis.
- 59 Donatio solo consensu perficitur absq. stipulatione.
- 60 Stipulatio in contrahendo matrimonio non requiritur.
- 61 Donationes, que fiunt in contractu matrimonij, veniuntur ab eodem matrimonio.
- 62 Substitutiones in contractu matrimonij fieri possunt.
- 63 Pacta in fauorem filiorum in contractu matrimonij licet successiua, sustinentur iuxta receptionem sententiam.
- 64 Cancery traditio expenditur.
- 65 Notarius vbi non adest in aliquo castro, vel villa huius Regni Cathalonie, parochus officere potest instrumenta, & testamenta.
- 66 Pacta in fauorem primogeniti valent, dum filibus dos, & filijs legitima reseruetur.
- 67 Legitima filiorum ex causa tolli potest.
- 68 Statutum filiarum dotes nec filiorum alimenta tollere potest.
- 69 Pactum de futura successione in fauorem primogeniti valet dum donans reseruet sibi de quo possit testari.
- 70 Hereditatio filiorum, que fit in Cathalonie per coniuges in capitulis matrimonialibus, an de vniuersali hereditate intelligenda sit nec ne.
- 71 Hereditamentum in Cathalonie donationem inter vivos importat.
- 72 Hereditatione facta per patrem simpliciter, bona tantum presentia donata censentur.
- 73 Donatio verbis vniuersalibus facta, presentia tantum continet.
- 74 Hereditatio facta in contractu matrimonij de omnibus bonis presentibus, & futuris, an valeat in Cathalonie.
- 75 Donatio facta a patre filijs omnium bonorum presentium & futurorum, valet vt donatio causa mortis.
- 76 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum facta coetaneis valet.
- 77 Donator causa mortis donans omnia bona sua, alium heredem instituire potest.

S 2

Heres

- 78 *Heres à donatore causa mortis omnium bonorum falcidiam detrabere potest.*
- 79 *Donatio facta à patre filio de vniuersa hereditate in contractu matrimonij nulla facta reservatione, an valeat.*
- 80 *Donatio vniuersalis facta filijs in contractu matrimonij sine reservatione inualida est.*
- 81 *Hereditatis appellatione omnia bona continentur.*
- 82 *Donatio hereditatis, que fit à patre filio sine reservatione an valeat opinio auctoris.*
- 83 *Pactum in donatione adiectum, quod donatarius teneatur filios suos heredes facere sustinetur.*
- 84 *Verba hæc facio te heredem, vel facio te Dominum eadem sunt.*
- 85 *Crauetæ traditio reprobatur.*

QVÆSTIO II.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij inter virum, & uxorem vt primogenitus succedat exclusis cæteris filijs, an valeat questio antiqua diligenter, & vtiliter explicatur.

SECVNDO queritur ꝑ an liceat coniugibus pacisci vt eorum quilibet filium primogenitum ex matrimonio nasciturum teneatur hæreditare, vt nostrorum verbis vtat, vel ei vniuersam donare hæreditatem (nihil enim inter pactum, & donationem discrimen constituitur quoad validitatem vel inualiditatem, vt Tiraquel. & alij infra citandi scribunt) & si is moriatur sequenti, & sic de cæteris: Quæstio hæc celebris apud veteres, & dubia fuit, adeo vt Ioan. Faber alioquin acutissimus, & disertissim⁹ in l. 1. C. si manci. ita ven. ne prof. & in l. fin. C. de pact. indecisam penitus reliquerit, Et ꝑ valere pactum vel donationem hanc existimauerunt multi, inter quos Guid. Papæ, maxime apud Gallos auctoritatis vt refert Deci. consil. 318. & Tiraquel. tractat. de iure primo. quæstio. 5. nu. 11. in decis. Delphi. 267. à num. 1. vbi expressim hanc validam affirmat donationem, cum inuicem coniuges paciscuntur de donando vel hæredem instituendo filium primo nasciturum, qui illic expendit duo in tuitionem huius opinionis iura supra à me quæstio. 1. citata tex. in l. Diui Constantini ver. pactis C. de naturali liber. l. si inter ff. de pact. dotal. & asserit ita in eo Senatu iudicatum idem Guid. Ranchi. in additio. dict. decisio. 267. Bertran. consil. 299. lib. 1. &

consil. 1. lib. 2. consil. 78. lib. 3. à num. 1. vsque ad finem latissime hunc diferens articulum Deci. in d. l. pactum quod dotali num. 10. C. de pact. idem consil. 216. num. 3. consil. 4. num. 23. consil. 587. num. 9. Cassan. consil. 33. col. 2. Cagnol. in l. fin. num. 12. C. de pact. Benedic. in cap. Raynuntius in verbo duas habens filias num. 197. de testam. & in verbo sobolem numer. 48. 49. Ripa. respon. 95. num. 2. Crauet. conf. 19. num. 10.

Eandem sequuti sunt in causa grauissima Baroniæ de Castro Aragoniæ Regni Berò. consil. 120. lib. 2. num. 1. egregie in vna eiusdem Aragoniæ partem defendit Tiber. Decia. respon. 31. toto ipso consilio, & in specie eiusdem Consilij Berò. scilicet in eadem Baroniæ de Castro Alciat. consil. 96. num. 2. 3. latè Parisi. consil. 72. lib. 4. qui ad id adduxit simul cum Berò. dict. consil. Alexand. consil. 28. lib. 3. Barto. consil. 212. Angel. consil. 66. & eundem Alexandrum consil. 83. lib. 2. Boeri. decis. 204. Aufred. ad Capel. Tolosan. decisio. 452. Ferdin. in cap. 1. de filijs na. ex matris. ad morga. conc. in prælud. cap. 6. num. 8. 9. nouissime relatis paucis Auenda. in l. 44. glos. 16. num. 18. 19. Taur. Palaez. tractat. de maiora. Hispa. 1. part. quæstio. 22. num. 28. Menoch. consil. 92. nu. 37. & seq. lib. 1. Et multis ꝑ ij rationibus & iuribus moti fuere: primo ex d. l. Diui Constantini C. de natura. liber. quem tex. Guid. dict. decis. expressum dicit, qui tamen nihil facit, non enim loquitur de vniuersa hæreditate, cuius vt mox dicam successio ex pacto est omnino improbata, sed de dote, vel donatione propter nuptias acquirenda. Secundo ꝑ adduxit idem Guid. tex. in d. l. si inter ff. de pact. dotali. sed is tex. solum loquitur in dotis parte, vel tota dote retinenda vbi filij nascerentur, atque ideo extra institutum quæstionis nostræ. Tertio ꝑ Guid. ea decisio argumentatur, nam inquit, per pactum stipulatione vallatum potest quidquam acquiri filio, non dum nato l. si quis operas de ope. liberti: l. Paulus ꝑ. Paulus respondit de bon. liberti. d. l. Diui Constantini versicul. Pactis l. non aliter ff. de adoptio. l. usufructus ff. de stipula. seruo. cum simi. si igitur queri stipulatione potest, licebit coniugibus conuenire de hæreditate primogenito donanda: in tuitionem huius rationis accedat, posse patrè ꝑ filijs in querendis præiudicare l. quoties ff. solu. matrim. sicut cõuerfo ordine, filius patris glo. in l. filius C. de pact. cum alijs congestis à Tiraq. tractat. de iure primo. quæstio. 6. num. 15. vnde etsi plures alij nascantur post primogenitum filij, & nihil ex hæreditate sint

sint habituri, non ideo pactio que iure fieri potuit in fauorem primogeniti valere desinet. Huic ꝑ rationi responderetur, posse quidem filijs nascituris patris, vel coniugum pactis prouideri de rebus, quæ non totam patrimonij substantiam absorberent, sed de rebus quibusdam particularibus, cum pactum futuræ successiois sit omni iure reprobatum l. cum donatione C. de transac. l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. cum alijs infra adducendis. præterea ꝑ quia hoc pacto filijs nascituris legitima iure naturæ debita auferretur, in qua nequeunt coniuges suis pactis illis præiudicare; ideoque nec ante natiuitatem exheredari possunt, qui nullam ingratitudeis causam committere possunt l. si quis in suo C. de ino. test. & donationes inoficiosas impugnare potest, qui post eas nascitur l. si totas C. de inof. donatio. Similiter ꝑ & qui post testamentum nascuntur rumpunt patris testamentum l. posthumus ff. de liber. & posthum. l. 1. 2. & toto titu. C. de posthu. hered. institu. l. 1. & titu. de iniur. rup. test. vnde ꝑ dimanauit illa formula Galli ne testamentum rumpentur l. Gallus de libe. & posthu. vt ex his Aluar. Cardin. Alexan. & alij scripserint in cap. si filij titu. si de feu. contro. in. domi. & agna. nequaquam posse pactis parentum filijs præiudicari nascituris, quos refert Tiraq. d. quæstio. 6. num. 21.

Quarto ꝑ adducitur pro hac sententiâ tex. in cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contrac. in feudis vbi valet pactum contractum inter coniuges ne filij nascituris ex eo coniugio succedant, sed tota ipsa successio liberis, & priori matrimonio referretur; qui tex. etsi in nobilibus loquatur habere tamen locum, & in ignobilibus Bald. Aluar. Laudu. Alexand. Afflic. & cæteri docuerunt. Sed neque hic textus facit, quia præterquam quod iniquissima est illius capituli dispositio vt farentur ibidem præcitati interpretes, & iuri communi contrarietur ꝑ illud quoque in authen. de nup. tamen loquitur in consuetudine locali ciuitatis Mediolani tantum, consequenter extra eum locum protendi non potest nec allegari, quemadmodum eo loci præfati animaduertunt ex eo tex. in verbis extremis & tex. in cap. filij nati titu. si de feudo sue. contro. int. domi. & agna. Bartol. in d. l. pactum vbi cæteri C. de collat. Tiraquel. d. quæstio. 6. num. 23.

Quinto ꝑ vbi simile inter coniuges pactum celebratur incertum pænitus est ad quem ex filijs nascituris successio pertinebit; quis enim prior nascetur nec ne ab incertitudine pendet, & futuro euentu: at vbi datur

incertitudo pacta, quæ alioquin non valeret tolerantur l. de fideicommissio C. de de transactio. a qua tex. dispositione Castren. Alexand. Iasson. Deci. Curti. Alciat. & omnes docuerunt pactum quod alijs non valeret, propter incertitudinem non irritari, & ideo si contractus ad damnum, & lucrum habere se potest, licet lucrum contingat vel damnum, non potest qui damnum ex eo sentit restitutionem perere, quia lædi non dicitur ratione incertitudinis. Similis tex. in l. si pater puellæ. C. de inof. testam. l. si ea lege C. de vsur. l. si iactum retis. de contrahen. emptio. & qui hæc iura ornat fufe Tiraquel. in l. si vniquam in verbo donatione largitus num. 108. C. de reuocan. donat. conducit tex. in l. in naue ff. loca. Viui. inter communes opini. 577. à nu. 1.

Vnde ꝑ nec minor propter incertitudinem restitueretur docuit Alexand. in d. l. de fideicom. num. 2. Bertran. consil. 191. num. 6. lib. 4. Natta consil. 181. num. 9. & eos sequitur Sfor. Oddo. tractat. de in. te. restit. part. 1. quæstio. 4. articul. 6. à num. 1.

Atque ꝑ hinc etiam illud descendit propter hanc incertitudinem valere pactum inter fratres, vt altero descendente sine liberis bona illius ad alterum deueniant, consuluat Oldrad. consil. 139. 1. dubio Alberi. Angel. Iasson. & cæteri omnes in l. fina. C. de pact. cum innumeris ad hoc institutum coaceruatis per Tiraquel. tractat. de iure primo. quæstio. 6. num. 4. & 5. & decidit Boer. decis. 355. à numer. 1. Socin. iunior. consil. 143. num. 27. & sequent. lib. 1. Curti. iunior. consil. 1. num. 16. dixit communem Iasson. consil. 8. num. 34. inter consil. Bruni. lib. 1. consil. 9. nu. 10. eod. lib. Parisi. conf. 26. num. 92. lib. 1. & inter communes Viui. in verbo pactum num. 10. Anton. Gabri. in communi. titu. de pact. conclus. 1. num. 8. Cachera. decis. 100. à num. 1. & qui alios Grass. in ꝑ. successio. ab intestato quæstio. 9. num. 9. & 10.

Adde his ꝑ quod & in foro conscientiæ propter hanc incertitudinem contractus, qui alioquin vsurariam saperent prauitatem vt iusti tolerantur Crauet. consil. 145. num. 22. lib. 1. Gemin. tractat. de vsur. commen. 3. ꝑ. 4. num. 95. decis. Genu. 211. Cauat. decis. 60. num. 10. ad medium qui alios refert 2. part. Didac. egregie lib. resolutio. 2. cap. 3. num. 6. Azpileuet. in Manua. Confessio. cap. 27. num. 241.

Huic ꝑ simile est nec propter incertitudinem quemquam legsum dici posse, atque ideo nec intentare remedium l. 2. C. de rescinden. vendi. Bald. consil. 19. lib. 4. Crauet. conf.

conf. 11. nu. 18. lib. 1. Gabr. in comm. rit. de emptio. & venditio. conclus. 1. Viui. opin. 577. num. 2. & seq. ceteri omnes in d. l. 2. qui receptiorem esse opinionem dixerunt in casu d. l. si iacturetis, & similibus d. l. 2. beneficium locum sibi non vindicare. Ceterum
 17 & huic argumento alioquin prima fronte valido responderetur, argumentationem loqui in pactis vicifitudinarijs, & reciprocis de succedendo vnum alteri fratri: Ceterum pactum propositæ quæstionis non est huiusmodi: cur autem pacta hæc reciproca, & vicifitudinaria valeant rationem interpretes in citatis locis reddunt, qui in nostra specie non vindicat: Porro & communis illa sententia suspecta est, vt non immerito multi ab ea discesserint, quos Tiraquel. Grass. & citati authores referunt. Tum & communis hæc traditio intelligenda est, vbi pactum reciprocum non est de futura successione, & tota hereditate, sed de aliqua tantum parte, alioquin auferret liberam testandi facultatem, & ideo non valeret textus per locum à singulari in d. l. licet illic omnes C. de pact. vbi simile pactum nisi inter milites tantum valet, & hanc asserit veram opinionem Tiraquel. multis relatis d. quæst. 6. num. 24. Dixit communem, & receptam Grass. d. §. successio. ab intesta. quæstio. 9. num. 9. 10. 11.
 19 Quinto & loco adducitur ratio qua pactum hoc validum possit iudicari, quia agitur de favore matrimonij, qui maximus est vt dixi modo, & latius lib. 1. comparatio.
 20 17. à num. 1. Vnde & cum valeat matrimonium consequenter pactum quod matrimonij contractui adhæret validum erit, illius enim cohærentia vestitur, & robur accipit. argum. l. lecta versicul. Dicebam de reb. credi. l. iurisgentium §. quinimo ff. de pact. l. fundi partem de contrahen. emptio. l. petens C. de pact. dixi citado Vincen. de Fran. Iacob. Menoch. & Roland. infra quæstio. 6. versicul. Extende regulam primo num. 27. part. 2. quæst. 21. consil. 78. num. 10. lib. 3. pulchrè Tiber. Decian. loquens in terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus respon. 71. num. 66. 67. 68. lib. 1.
 21 Simili & in casu Masuer. in pract. titu. de societa. §. item licet num. 5. quem dicit esse maximè authoritatis apud Gallos Tiraquel. d. quæstio. 6. num. 8. docet, quod licet alias de consuetudine testamentorum institutio non valeat inter virum, & uxorem nisi vsque ad certam partem, tamen illa, quæ incidens est, & conuentionalis valet in duobus casibus; Primus est in contractu societatis bonorum omnium: secundus & in contractu matrimonij, nempe propter cohærentiam con-

tractus, in quem hoc pactum incidit: sequuntur Benedic. in dict. cap. Reynuntius, in verbo duas habens filias num. 198. Tiraquel. supra num. 8. Beren. in d. cap. 1. de filijs natis ex matrimonio cap. 6. præludiorum num. 9. Becci. conf. 20. num. 12. lib. 1.
 23 Neque & vt ait Tiraquel. hoc mirandum est, quod multa incidenter fiant, quæ principaliter non possint l. r. ff. de auth. tuto. l. in modicis ff. de contrahen. emptio. l. quædam de acq. re. domi. & quæ his similia adiungit multa idem Tiraquel. in legi. connubial. titu. 9. §. 20. glos. 1. in r. limitatio. Et ego ipse in pulchro casu lib. 2. different. 10.
 24 Anum. 1. Huic & etiam argumentationi facile responderetur, nec favore matrimonij hoc pactum recipi posse, nam nec favore matrimonij admittitur pactum, quo caueretur vt filia, quæ matrimonium contrahit præter dotem cum alijs sit successura fratribus in hereditate l. pactum quod dotali vbi Barto. Bald. Alexand. Paul. de Castr. Iasson. & posteriores C. de pact. l. pactum quod dotali C. de collatio. vnde rectè inibi in d. l. pactum quod dotali C. de pact. animaduertit Bald. Salicet. & ceteri, decipi eos omnes, qui spe matrimonij, & illius favore sic paciscuntur idem Bald. in l. cum Archimedo ram C. vt in possessi. legato. Viui. d. opinio. 577. nu. 3. Berenga. in d. cap. 1. præludiorum cap. 3. numer. 3. versicul. Septimo ampliabis egregie Menochi. consil. 92. num. 15. 16. & 17. lib. 1. Tiberi. Decia. respon. 31. nu. 2. & 3. lib. 1.
 25 Addunt & idem Bald. & Salicet. fauorabiliorem fore causam liberi arbitrij quam matrimonij, nam etsi in eo multa sint specialia, ea & tamen locum non habent, nisi in casibus à iure expressis, vnde nec ad alios extendi possunt sequitur Tiraquel. d. quæst. 6. num. 20. & 25. & in tracta. de retract. vbi similes casus colligit. titu. 1. §. 1. glos. 14. num. 46. Et in hac ipsa quæstione fauorem liberi arbitrij fauori matrimonij præponderare scribit Boeri. in consuetu. Bituricen. §. fina. ad finem post alios quos illic refert Iasson. in d. l. pactum quod dotali num. fina. C. de pact. Secundo & responderetur, quod etsi valeat matrimonium non inde sequi, valere quodcumque pactum in eo positum, si reprobum sit d. l. pactum quod dotali d. l. hereditas C. de pact. conuent. Tiraq. d. quæst. 6. num. 26.
 28 Hæc & sunt, quæ magis vigent in tuitionem superioris sententiæ, quæ nullo iure sustineri possunt. Vnde rectius ceteri existimauerunt huiusmodi pactum nullius esse roboris, aut validitatis, quoniam nullo iure fieri potest vt hereditas pacto, vel conuen-

conuentione alicui dari possit d. l. hereditas lex eo C. de inutilibus stipulatio. l. fina. de suis & legi. hered. l. pactum l. licet C. de pact. l. pactum C. de colla.
 29 Imo nec & favore piæ causæ hoc pactum potest sustineri, quemadmodum Angel. Pau. de Cast. & ceteri docent in l. tale pactum §. fina. ff. de pact. Alex. Areti. Ias. in d. l. pactum quod dotali. Tiraquel. d. quæst. 6. num. 16. vt nec iuramento firmari possit glosan l. si quædo §. illud, verbo grauari G. de inoffi. testam. & in d. l. pactum vbi Alexan. communem dicit, & innumeris relatis dixit receptam idem Tiraquel. d. quæst. 6. num. 18. & non relato Tiraquel. Viui. d. opin. 577. num. 4. Rodri. Soar. in l. quoniam in prioribus limi. §. ad legem regiam num. 3. & sequenti Cide inoffi. testam. Anton. Gom. in l. 21. Tau. num. 37. quos sequitur communè dicens Gutier. post. Dida. ibidem in ca. quamuis pactum in prin. nu. 4. de pactis in 6. Et alijs adductis Grass. in d. §. successio. quæst. 9. num. 6. versicul. Contrariam sententiam pulchrè Thesau. decisio. 235. num. 3. 4. 5. 6. Ofas. decis. 100. Vafq. de successio. creatio. §. 18. num. 196. ex nostris Cels. conf. 100. num. 5. & non relatis superioribus Menochi. conf. 92. num. 7. vsq. ad 10. 1. part. Alex. Rauden. qui multos consil. 22. num. 407. lib. 1. idem Gutier. supra citatis in tract. de iuram. confirm. cap. 59. nu. 4. 5. 6. Cum & nouum non sit pacta hæc, & similia veluti bonis moribus contraria omnino à lege improbari l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. vbi tota nostrorum id docet Schola Tiraquel. Viui. Grass. Thesau. Ofas. Didac. Vafq. Gutier. supra adducti, idq. tritissimum est: & huius traditionis triplicem reddit rationem Grass. d. §. num. 1. ad medium duas Viui. d. opinio n. 1. & Tiraquel. supra num. 19. vbi duobus confirmat exemplis, quatuor rationes Berenga. adduxit in d. cap. 1. præludiorum cap. 2. n. 2.
 31 Vnde & communi omnium sententia receptum est, similem inter coniuges donationem, aut pactum de hereditando filios non valere Capell. Tholosa. quæst. 452. vbi Aulfred. ad eam & inibi sic iudicatum ait Deci. consil. 17. vbi in terminis nostræ quæstionis agitatur dubium de donatione à coniugibus facta in contractu matrimonij sequitur Tiraquel. d. quæst. num. 22. qui veriore dicit, Tiraquel. sequitur nullo alio relato Grass. d. §. successio quæst. 9. num. 4. vbi veram dicit & receptiorem. Viui. d. opin. num. 3. Nico. Boeri. in consuet. Bituri. ritu. de costumes §. fina. ad finem versicul. Et ex prædictis clarè constat quod si in contractu matrimonij & Menoch. d. consil. 92. num. 15. & 16. Caualea.

decis. 45. nu. 18. in additionibus primæ partis idem tractat. de tuto. & curato. num. 303. Auendan. in l. 22. glos. 2. num. 1. & 2. Matien. in l. 6. glos. 4. num. 1. & 2. tit. 6. lib. 5. & nouissime non relatis superioribus Peregrin. tractat. de fideicom. arti. 51. à num. 24. idem Peregrin. in terminis quæstionis. consil. 65. num. 1. Cels. noster consil. 58. à nu. 1. & seq.
 32 Neque & quemquam moueat autoritas Guid. Papæ, qui in locis supra citatis contrarium iudicauit, quoniam vt animaduertit Tiraquel. supra si Guido Papæ loquitur in donatione facta in contractu matrimonij filio nascituro interueniente notarij stipulatione vel eiusdem patris, vera illius traditio est, nam vt idem Guid. animaduertit, potest pater filijs nascituris stipulari l. si quis operas vbi glos. in verbo posthumo de oper. liber. 33
 33 to. cum alijs à nobis supra citatis iuribus; & potest filijs patris stipulatione queri, etiã post mortem patris stipulantis l. pater, cum filia de pact. dotali. quodcumque de verbo. obliga. & ab extraneo potest aliquid alteri donari post mortem eiusdem. l. 1. & sequen. C. vt actio. ab hered. l. hereditatum C. de bon. authori. iudi. possi. l. nam etsi cum moriar de condic. indebi. ornat. latè Tiraquel. d. quæstio. num. 32. 33. *vel inquit Tiraquel. Guido loquitur vt aliquid detur, vel relinquatur per modum successionis, & iure illius, & tunc malè loquitur, & aduersus iuris dispositionem: & tandem ita distinguere ait Barto. conf. 222. promitto tibi.*
 34 Hæc & Tiraquel. traditio non placet quo ad primam pertinet partem distinctionis, nam Guido aperte loquitur in pacto de succedendo facto inter coniuges in fauorem primogeniti. Tum etiam nec placet eiusdem traditio existimantis donationem hæc valere, quoniam donatio vniuersalis improbata est ob eandem rationem, qua pactum de succedendo reijcitur Viui. d. opinio. 577. num. 7. ad finem: quia scilicet tollit liberam testandi facultatem, maxime tunc cum donatio facta fuit de hereditate, siue iure successionis hereditatis, nam hereditas pacto dari nequit d. l. hereditas, sic resoluit ex communi etiam in donatione causa mortis quod est fortius Grass. in §. donatio causa mortis quæst. 1. 4. ad finem, rectè ibidem distinguens inter donationem vniuersalem bonorum, & hereditatis, vt valeat prior, secunda secus, vnde ad institutum vel Tiraquellus intelligendus est iuxta superiorem distinctionem aut malè loquitur: Neq. obstant autoritates eorum, quos adduxim, quia ex his multi vt infra ostendam non loquuntur in terminis quæstionis nostræ vbi vniuersa hereditas referuatur filio primogenito, sed vbi

certa quedam res, vel ubi simile pactum consuetudine fuit comprobatum.

35 Ut igitur et admodum articulum hunc male a ceteris explicatum extricem, regulam constituo iuxta veram & magis receptam opinionem, pactum de quo agitur non valere.

36 Declaratur et primo regula ut procedat in pacto quo vniuersa hereditas reseruetur filio primogenito, secus ubi certa res ut inter nobiles fieri solet de castris, vel villis insignibus, & opulentis rebus cum aduicem contrahunt matrimonium: nam ratio illa, cui predicta regula innititur, quia facultas testandi impeditur, cessat hac in specie, tum & altera votum captanda mortis. sic Barto. in d.l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. & in d.l. fina. de pact. C. idem cof. 72. Pau. de Cast. cof. 324. Alex. & alij multi, quos citat Tiraq. d. quest. 6. num. 13. & prater eum idem resoluit Viui. d. opin. nu. 7. ex. l. si quis argentum §. sed et si quis C. de donatio. glos. in d.l. si. verbo. accommodauerat C. de pact. Oldrad. qui huius opinionis fuit originarius author. conf. 139. ut eum ferere omnes referunt citati interpretes & Crauet. conf. 19. num. 7. Curt. iuni. conf. 1. num. 4. conf. 81. num. 2. Gabr. conf. 140. num. 1. ubi communem Parisi. cap. 26. num. 92. Gabr. lib. 3. tit. de pact. conclus. 1. num. 8. Grassi. d. §. successio. quest. 9. num. 10. qui & communem multis adductis & sic decidit Cache. decis. Pedem. 100. Thesau. decis. Pedemon. 225. num. 11. ubi & receptissimam ait Ioan. Phili. respon. 10. a num. 1. 2. & seq. ubi & obiectis quibusdam respondit Menoch. conf. 92. nu. 47. cum tribus sequent. lib. 1. Et sic verum in terminis questionis nostrae video loqui Bero. d. conf. 120. num. 1. lib. 2. & Alciat. dic. conf. 96. loquentes in donatione facta in contractu matrimonij filio primogenito in Baronia de Castro, qui ambo consuluerunt aduersus Parisi. in d. conf. 72. lib. 4. & fuit iudicatum in eorum fauorem in ea lite in Summo Regiae Maiestatis Catholicae consilio aduersus Parisi. quamquam Parisi. fateatur etiam & multis ostendat rationibus, donationem hanc fieri potuisse in contractu matrimonij, quia non erat vniuersalis sed de certis tantum castris, in quo articulo consentiebant aduicem aduersa partes, licet in alijs dissentirent ut infra suo loco dicemus, sic etiam loquitur Menoch. d. conf. 139. ut constat ex nu. 34. Auenda. in d.l. 44. glos. 15. num. 14. 15. Ioan. Phili. Gall. d. respon. 10. nu. 7. qui & in hac eadem loquitur questione, & secundum predictam modificationem etiam loquitur Tiber. Decia. respon. 31. num. 64. lib. 1. ubi expressim communem opinionem sic intelligit ubi alios citat et vnde verum non est quod Boeri. scripsit

in d. §. fina. ad finem, nec de certa quidem re in modum successione posse similem iniuri conuentionem inter coniuges quam illic dixit communem, cum nec vera sit, nec etiam communis.

39 Secundo et declaratur predicta regula ubi fieret pactum de hereditate simpliciter, secus si de quota tantum, quia valeret propter rationes supra adductas, ut affirmarum Bal. Alberi. & alij in d.l. fina. de pact. Auenda. in l. 22. glos. 1. num. 1. & glos. 2. num. 1. 2. Deci. conf. 578. Tiraq. d. quest. 6. num. 14. ubi alios plerosque, qui etiam affirmare non audeat, quia inquit multi contrarium tenuerunt sententiam, quam etiam tenuit Boer. ubi supra, ubi & communem dicere ausus est; verum tamen hac opinio mihi verior videtur, ut per Grassi. d. quest. 9. num. fina. in finalibus verbis. Et etiam inter pactum quote, & rei certe nullam constituit differentiam Crauet. conf. 256. nu. 1. versi. Aut sit tale pactum, ubi fauore matrimonij hoc pactum admittit, quem sequitur Menoch. d. conf. 92. num. 35. & ad fauorem matrimonij attendit Io. Phili. d. respon. 10. num. 7. & in terminis sic concludit idem Menochi. alibi dicto conf. 92. num. 48. 49. licet Thesau. predictam differentiam admittere videatur d. decisio. nu. 11. & Viui. d. opin. nu. 7. et si ij duo obiter non ex professo; neque etiam loquantur in terminis pacti inter coniuges celebrati in matrimonio, cuius fauor ut dixi considerandus est admodum ut Crauet. Menoch. & Philip. considerant & nunc addo in terminis Pechi. tract. de test. conu. lib. 1. cap. 43. num. 3.

40 Tertio et declara, ubi consuetudo admittit hanc, & similia pacta in contractu matrimonij, aut etiam donationem vniuersalem omnium bonorum presentium, & futurorum in fauorem primogeniti, vel eorum qui ex primo matrimonio nascerentur d. cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contrac. ca. filij nati tit. si de feu. fuer. controuer. int. Domi. & agnat. defunct. ubi Bal. Aluar. Alexan. 42 Afflict. & ceteri notant, et quod licet huiusmodi pacta illicita sint de iure tamen statuto, vel consuetudine possunt roborari, & Bart. ipse idem sentire videtur in d. l. pactum Bal. 2. oppo. Salicet. Paul. de Cast. & Cor. C. de collatio. idem Bald. in d.l. de quibus, & in l. cum Archimedoram C. ut in possessi. legat. Aufre. ad Capell. Tolosan. quest. 452. Vigli. in §. accessit. in verbo libri pende instit. de testam. ordinan. quos refert Tiraq. tract. de iur. primoge. quest. 7. nu. 1. 2.

41 Hoc et prater ea pactum valere in vim nedum statuti, sed consuetudinis multi credunt, quod plurimum sit consuetudini deferendum argu. eorum, que nostri ex eo tex. docent in

42 in fine lib. 5. ordinatio. Et et in individuo de consuetudine huius Regni Cathalonie Cels. Hugo. in legibus huius Regni peritissimus, conf. 58. num. 4. de hac eadem consuetudine Cathalonie idem Menoch. conf. 92. num. 52.

44 l. de quibus de legib. & in l. fina. C. que sit lon. consue. maxime et inter nobiles, ut familiarum, & nobilitatis gradus melius conferuentur: quemadmodum hac ipsam rationem considerarunt in hoc eodem pacto in contractu matrimonij conuento Zazius, et qui de hac consuetudine Germanie loquitur & testatur in d.l. si stipulatio hoc modo concepta num. 50. de verbo. obliga. ubi addit, quod durum foret in Germania contrarium obtinere idem Zasi. conf. 1. lib. 2. Hotom. conf. 1. ubi de hac ipsa consuetudine, Germanie verba facit, de eadem Grassi. d. quest. 9. num. 4. versi. Sed aduerte Ferron. in consue. Burdeg. gal. tit. de testam. §. 22. ubi innumera scribit principum Germanie exempla Aurpag. singul. allegatio. ca. 21. lib. 2. Tiraq. ubi supra et Paponi. & Massue. qui de consuetudine Francie testantur, simul eos refert Thesau. d. decisio. 225. num. 11. Francis. Mar. decis. 136. 1. part. Berenga. in d. cap. 1. de filijs natis ex matrimo. ca. 6. preludio. nu. 1. 2. & 9. Ferro. d. §. 22. Sicq. sapius iudicatum fuisse in Gallia scribit Tiraquel. d. quest. 7. Aufred. d. decis. 452. Benedict. in d. cap. Reynuntius verbo duas habens filias a num. 197. Ioan. Phili. d. conf. 10. num. 4. & 5. Guid. Pap. decis. 267. & 505. idem singul. 523. Boeri. qui sic iudicatum affirmat decis. 204. & decis. 353. num. 10. Bertran. conf. 299. lib. 1. nu. 1.

47 Itali et eandem probant consuetudinem, quales Deci. in d.l. pactum quod dotali nu. 1. & num. 11. latius idem Deci. conf. 478. nu. 9. Pau. de Cast. conf. 179. lib. 1. Alexand. conf. 12. lib. 5. Ruin. conf. 40. & 99. lib. 1. Salicet. Pau. de Cast. num. 8. Corne. num. 6. lass. n. 4. in d. l. pactum quod dotali C. de collatio. Bal. in d.l. cum Archimedoram num. 12. Parisi. d. conf. 72. lib. 4. Rolan. conf. 70. num. 4. lib. 4. Bero. et d. conf. 120. ubi de consuetudine nostrae citerioris Hispanie, que Aragonia dicitur Alciat. de eadem consuetudine Aragonie d. conf. 96. idem Bero. conf. 84. num. 35. lib. 2. Decian. respon. 31. num. 140. lib. 1. Rauden. tract. de analog. ca. 25. nu. 22. Bere. conf. 127. num. 4. & de eadem consuetudine nostra meminit Alberi. in l. fina. C. de donatio. int. vir. & vxo. Thesau. d. decis. num. 11. ubi legem vltioris Hispanie memorat, qua id cautum est, ubi & refert Ioan. Lup. in Rubri. de donatio. int. vir. & vxor. id affirmantem Gutier. tracta. de iuramen. confirmato. cap. 59. fuse Auendan. in l. 44. glos. 16. num. 21. Matien. in l. 6. titu. 6. glos. 1. n. 2.

48 in fine lib. 5. ordinatio. Et et in individuo de consuetudine huius Regni Cathalonie Cels. Hugo. in legibus huius Regni peritissimus, conf. 58. num. 4. de hac eadem consuetudine Cathalonie idem Menoch. conf. 92. num. 52.

lib. 1. idem Menochi. de consuetudine huius prouincie conf. 902. num. 35. 36. lib. 10. Molin. qui sic intelligendus est alioquin male lequeretur tracta. de Hispa. primog. lib. 2. cap. 10. num. 18. ubi nisi solum Boeri. citat eandem nouissime consuetudine probat Peregrin. tract. de fideicom. art. 51. num. 35.

49 Vnde disputare de validitate huiusmodi consuetudinis, vanum & inutile puto, prout fecit Tiraquel. d. quest. 7. Boeri. sibi contrarius, qui in consuetu. Bituricen. Rubri. de consue. §. fina. ad finem. versi. Quod dictum pactum non potest consuetudine roborari Auend. d. glo. 16. a num. 14. Sane et ij qui hoc pactum veluti contra honos mores consuetudine firmari non posse docuerunt, fatentur iuramento interposito vires sumere: sic Tiraquel. d. quest. 7. ad finem 7. nam si fauore matrimonij valet, & consuetudine roboratur, multo magis ubi prater consuetudinem appositum fuit iuramentum Ioan. Philip. d. conf. 10. n. 6. Auend. qui alios d. glo. 16. num. 33. Aufred. d. decis. 452. Bene. in d. verbo num. 197. & sequent. Becci. qui communem conf. 20. num. 4.

50 Subdeclarant et quidam declarationem hanc, ut valeat consuetudo dum ubi filijs debetur legitima, reseruetur pro eisdem filijs quantitas pro eorum portione competens, cum sufficiat consuetudo pactum hoc alioquin nullum roborare, sed minime in preiudicium legitimarum, que filijs debentur ita Tiraquel. in d. quest. 7. in finalibus verbis, & in terminis Crauet. conf. 256. num. 1. lib. 1. late in maioratu loquens Molin. lib. 2. de Hispa. primog. cap. 15. num. 1. & 2. qui multos coacervat, quorum placet sententia; nam nequit et pater simili pacto neque vterque coniux in contractu matrimonij, ceteros filios legitima priuare ob immensam donationem, qua primogenito prouident nascituro, vel simili huius pacto hereditati in toto, aut quota hereditatis Bart. in l. Titia. §. imperator delega. 2. qui indistincte docuit, non posse patrem suo lucratiuo contractu filios legitima priuare, vel eis eandem diminuere, quam communem dixerunt Pau. Pic. in l. post contractum num. 3. & 4. de donat. Beren. Fernand. in l. in quartam prefaci. 3. num. 270. ad l. falcid. lass. in authen. vnde si parens ad finem, ubi Mencha. nu. 11. C. de inofi. testam. receptam quoque ait & alios refert Grassi. in §. legitima. quest. 44. num. 1. 2.

51 Secundo et subdeclara, ut casu quo fuerit interpositum pactum, & in pacto iuramentum, possit nihilominus renocari petita absolutioe a iuramento Thesau. d. decis. 225. ad finem: sed quia hic articulus anceps, & dubius est ideo sequenti questione de eodem agemus

agemus separatim. Vnde ubi legitima sublata per legem fuit vel statutum quemadmodum in multis Hispaniarum Regnis, quæstio hæc dubio caret, quod id possint coniuges, servatis servandis, ut in quinta declaratione dicam.

54 Similiter & dubio etiam caret, ubi ex rei natura & lege res ad primogenitum devenirent nulla stante pactione, veluti in Ducatibus, Comitibus, & cæteris regijs dignitatibus, in quibus succeditur iure sanguinis ut etiam suo loco dicem⁹ post Tiraq. Molin. & alios à nobis citandos: & in quibus non debetur legitima.

55 Quarto & declaratur prædicta regula ut procedat mediante stipulatione adiecta in pacto prædicto in favorem filij primogeniti nascituri facta, alioquin si ea deficeret nullum foret: sic enim loquitur Guid. Pap. d. de cif. 267. ubi & Ranchi. ad eum expressim adnotavit non valere pactum prædictum nisi mediante stipulatione, ubi & Guil. Benedic. citavit in eadem opinionem, sic etiam intellexit Tiraq. d. quæst. 6. num. 31. & 32. sic etiam intellexit Aufre. Boeri. Deci. & alij supra citati Menoch. d. conf. 92. num. 34. 35. & nu. 67. Tiber. Decia. respons. 31. nu. 73. Surd. post Purpura. & alios quosdam ab eo relatos decis. 322. num. 3. & præsupponere interpretes stipulationem innuit Ioan. Philip. respon. 10. num. 9. novissime Peregrin. conf. 65. nu. 24.

56 Cæterum & docuerunt modo adducti scriptores, stipulationem in hæc specie notarij non solum sufficere, sed & patris eundem etiam operari effectum, potest enim is pro filijs nascituris stipulari. quod dicitur de verbo, obligatio. ubi Barto. Alex. Iass. & alij latissime Gabri. qui multos lib. 3. tit. de verbo, obligatio. conclu. 1. num. 27. Menoch. conf. 487. nu. 19. Alij plures quos citat Surd. decis. 322. nu. 1. Peregrin. conf. 8. num. 42. ubi extendit traditionem, siue filij sint in potestate, siue emancipati. Vnde superior opinio quod stipulatio requiratur videtur communis prima facie. Et quoniam hic articulus quotidianus est, & nunc in hoc Senatu eadem quæstio agitur, placet ipsam exacta resolutione, ne postea in dubitationem incidat, resolvere, quæ tetigit Cance. novissime lib. 3. resol. cap. 7. nam. 186. videtur igitur quod stipulatio necessaria sit ut mediante patris vel notarij stipulantis persona ius filijs nascituris dari possit, ex notatis per omnes in stipulatio ista §. alteri de verbo, obligatio. §. si quis alij infir. de inuti. stipula. siue stipuletur pater, siue notarius, tanquam persona publica. Secundo & hoc ipsum probatur ex tex. in l. ut hæredibus ff. de lega. 2. l. si ei cui ff. de donatio. caus. mortis. quorum iurium auctoritate docuit

57

Deci. conf. 244. nu. 7. Stipulationem necessariam fore in donationibus, in quibus unus post alium vocatur. Adde ipse quod si huiusmodi donationes, de quibus agimus valerent absq. stipulatione, concurrerent duo specialia circa idem, id autem est toto iure prohibicum l. 1. ubi interpretes C. de dona. promiss. primum speciale quod valeat talis donatio seu pactum de succedendo improbatum de iure civili secundum ut valeat, & sine stipulatione tertio probat tex. in l. absentis ff. de donatio.

58 His & non obstantibus contraria opinio, & verior, & receptior est, quam probat tex. egregius in l. 3. C. de donatio. quæ sub mod. ubi donatum alicui ut post certum tempus alij restituat, & si is eum restituenda res est donationi non interfit nec stipulatus sit valet, & ex solo plauto actio queritur: & docuit Bart. ubi Iass. nu. 26. in l. stipulatio ista §. si stipuler de verbo, obligatio.

59 Secundo, & quia donatio solo consensu perficitur absq. vlla stipulatione l. si quis argentum §. in autem hoc minime C. de donatio. §. perficitur in infir. de donatio. præcipue in infante, & non nato. l. si infanti C. de in. delibe. Ludo. Molin. de Hispa. primo. lib. 4. cap. 2. num. 75.

60 Tertio quia & sicut in contrahendo matrimonio nulla requiritur stipulatio, neque in consequentis illius ut in dotis promissione, quæ pacto nudo perficitur glo. in l. 1. in prin. C. de rei vx. actio. l. ad exactionem C. de dot. promiss. matrimonium enim solo consensu perficitur. l. nuptias de reg. iur. & milites dixi hoc in tractatu: sic & in donatione hæc propter nuptias, quæ intuitu, & contemplatione matrimonij celebratur; est enim matrimonium res admodum favorabilis, Dixi hæc sectione quæstione 1. neque minor favoris ratio militat in liberis ex matrimonio procreandis, quorum occasione matrimonia contrahuntur l. 1. solut. matrimo. hinc donationes huiusmodi uti favorabiles valere debent.

61 Quarto & inuat supra modum quod huiusmodi donationes, quæ fiunt in contractu matrimonij vestiantur ab eo, quia ipsi adherent adeo ut, nisi hæc fierent donationes matrimonia ut plurimum maxime inter nobiles nunquam contraherentur, quemadmodum multorum auctoritate scripsi supra in versu. Quinto loco adducitur, & infra quæst. 3. ver. Vnde cum consuetudine; nulla igitur stipulatio necessaria est, quia coherentia matrimonij vestiantur.

52 Quinto & possunt quidem fieri substitutiones in contractibus, quæ à pluribus fideicomissarij iudicatur ut multis relatis scripsi infra

infra sectio, 2. quæstio. 19. vnde quemadmodum in testamentis sola voluntate fideicomissa inducuntur, sic in contractibus solo pacto, & cõtrahentium pactionibus roborantur, nulla verborum solemnitate adiecta.

63 Sexto & quod sufficiat solû pactum in donationibus successivis, quibus vnum post alium substituitur ob favorem liberalitatis, licet absens, vel non natus vocetur: tenuerunt Bart. Salice. Ange. & alij in d. l. quoties Barto. & Iass. num. 22. in d. l. qui Romæ §. Flavius & in l. stipulatio ista §. si stipuler de verbo, obliga. idemq. Deci. hanc fatetur veram dicto conf. 244. Ruin. conf. 62. lib. 2. Socin. conf. 125. lib. 3. Crauet conf. 27. num. 13. & conf. 19. nu. 18. dixit communem relatis superioribus Gabri. conf. 16. n. 16. lib. 1. ubi scripsit quod licet alias de iure digestorum ex d. l. ut hæredibus & d. l. ei cui. requireretur stipulatio, tamen iure novissimo Codicis d. l. quoties non requiritur favore donationis, & liberalitatis: eandem sententiam relatis Barto. Castren. Iass. Deci. Crauet. Grat. & Menochi. amplectitur Peregrin. tracta. de fidei. arti. 1. num. 26. maxime favore dotis & matrimonij ut dixit idem Peregrin. eo tractat. arti. 5. na. 17. ubi Rip. Meno. Dida. & alios adducit: qui tamen sibi cõtrarius aliud respondet conf. 65. n. 1. & 2. periculosa consulentium merces est, ut non semel dixi, alios citavi infra quæst. 19. n. 33. 34. Et in terminis proprijs donationis factæ in contractu matrimonij Ioan. Philip. respon. 10. num. 9. qui tamen nemine citat, Stepha. Bertrand. conf. 140. a num. 9. & 10. cum sequent. ubi solum pactum sufficere scribit Guid. Papæ. consil. 12. & Cæcer in hac vrbe Barci. nunc aduocatus lib. suo resolutio. 1. cap. 8. num. 34. ubi citavit Vincent. de Fran. & alios, qui id non dicunt: Ait rursus Cance. ibidem duo. Primû quod hæc assertio non transit sine difficultate de iure, cum tamen nullam contineat, ex diligenter à me supra coacervatis: Secundum quod de iure regio in hoc principatu sine difficultate res est propter constitutionem regiam, *Per foragitar fraus*, quæ tamen constitutio, si de iure stipulatio requireretur, nihil facit, cum ea præsupponat terminos habiles, ut reuocari scilicet nullatenus huiusmodi donationes possint, etiam de voluntate filiorum donatariorum, ubi vallate fuissent stipulatione, sic enim omnis actus de habilitate intelligendus est ex l. 1. ubi glo. & alij C. de facto. Ecclesi. cum similibus vulgat. vnde idem Cance. mutavit sententiam, ut valeat donatio sine stipulatione l. 3. cap. 7. num. 181.

64

Neque obstant modo adducta in contrarium, non primum ex auctoritate eorum, qui contrarium sentire visi sunt, quos congesti,

in principio huius declarationis: quoniam etsi ij in suis casibus præsupponat stipulationem, non tamen negant quin ea sublata solo pacto similes donationes possint sustineri: prout & clarè innuit Peregr. d. conf. 65. nu. 2. & 3. solus Ranchinus in citata additione inadvertenter loquens id negat neminem citando, præter vnum Guiller. Benedic. qui tamen id non dicit, ut eo in loco videre licet, quinimo innuit contrarium ad favorem matrimonij.

Non obstat text. & ibi tradita in d. §. alteri quoniam nec text. neq. interpretes in donationibus huiusmodi successivis, quæ maxime fiunt in capitalis matrimonialibus loquuntur, sed in ceteris contractibus. Neque facit text. in d. l. ut hæredibus & in d. l. tit. qui. quoniam ut Deci. in citato conf. 244. & Gabriel. d. conf. 16. post alios resoluunt, loquuntur ea iura in donationibus mortis causa, tum & procedant de iure veteri digestorum, secus de nouo Codicis favore liberalitatis, ut etiam animadvertit Peregrin. post alios ab eo relatos d. arti. 1. & arti. 51. Non etiam facit, reperiri duo singularia circa idem, quoniam quod stipulatio non requiratur nõ est speciale, sed iure communi inducitur favore exercentis liberalitatem ut modo dicebam ex d. l. quoties.

Non obstat text. in d. l. absentis quoniam procedit de iure veteri, ff. secus de iure nouo, quo pactum nudum de donatio obligat perfecte d. l. si quis argentum. C. de donatio. neque loquitur de donatione tam favorabili ex causa matrimonij.

65 Sanè & hic casus, qui nunc ventilatur in regio Senatu minorem cõtinet dubitationem, quoniam donatio, & capitula matrimonialia fuerunt facta in quodam oppido exiguo, in quo nullus aderat regius Tabellio, & de cõmuni obseruantia huius regni, & fere totius cõterioris Hispaniæ in defectu Tabellionum parochi conficiunt instrumenta, & testamenta, & ipsorum imperitia non debet nocere partibus, ut dixit egregie Tibe. Decia. post alios ab eo adductos respons. 7. n. 79. & respons. 44. num. 3. lib. 3. Et tandem prius reluctantibus huius regij concilij Senatoribus, ita fuit iudicatum referente Hieron. Tornerio prædictæ causæ relatores.

66 Quinto & declaratur communem regulam ut supra tetigi obiter, in his etiam locis, in quibus legitima filijs non debetur, dum tamen alimenta necessaria filijs relinquantur, & filibus dotes congruæ, ut nubere possint, alioquin tale pactum esset omnino nullum.

67 Nam & licet legitima statuto, vel lege municipali saltem ex causa tolli possit, ut fere in omnibus Hispaniarum regnis, iuxta communem

68

munem sententiam, vt turmatim nostri affirmant Iose. Ludo. decisio. 21. nu. 51. & qui multos Mencha. lib. de successio. creatio. §. 20. nu. 303. Vinius inter suas opiniones, opin. 316. & innumeris, quos Grass. in §. legitima questio. 44. a nu. 1. Surd. tracta. de aliment. ques. 1. nu. 5. ad medium, idem latè tit. 5. ques. 1. nu. 6. Tamen & nullo iure fieri potest, statuto, lege, vel consuetudine, vt filij alimentis possint priuari, nec filia dotibus: vt post antiquiores scripsit idem Vasqui. Mench. d. §. 20. nu. 304. Dida. in Epito. ad 4. part. 2. cap. 8. §. 6. Grass. d. ques. 44. num. 4. Surd. egregie d. ques. 1. a nu. 5. consequens est vt licet consuetudine pactum hoc de hæreditando, vel donando bona omnia primogenito valeat, intelligendum sit, dum filijs congrua alimenta referuntur in his locis vbi legitima non debetur, & filiabus dotes competentes: id probare videntur duo iura l. quoniam nouella C. de inoficio. testam. l. 3. §. sed vtrum ff. de mino. in quibus non obfure deciderit alimenta in legitima locum succedere: quemadmodum in terminis docet Barto. in l. Titio centum §. Titio genero de condi. & demonf. n. 6. Iass. in authen. nouissima n. 60. C. de inof. testam. Et qui alios Rodri. Xuar. in repeti. l. quoniam in prioribus 2. limit. ad l. Fori. nu. 9. C. de inof. testam. Dida. in 4. d. cap. 8. §. 6. nu. 15. Molin. tract. de Hispano. primo. li. 2. cap. 15. num. 2. idem Molin. qui alios multos li. 4. cap. 2. nu. 81. vbi communem dixit eleganter non tamen citatis superioribus Peregri. tract. de fideicom. arti. 51. nu. 23. post multos ab eo relatos; vbi addit quod solus consensus aliorum filiorum, qui matrimonio consentirent, non efficeret vt legitimam petere non possent, nisi expressæ legitimæ renunciassent, & superioribus addendus Surd. d. q. 1. n. 5. vbi singulariter infert, quod licet pater filium possit ex causa exheredare, ex eadem causa & non alia potest alimenta denegare, ita fiet vt prædicto in casu possint filij alimenta petere, & filia etiam dotes, quemadmodum in instituyente primogenium, seu maioratum resoluit Molin. tract. de primo. Hispano. li. 2. cap. 15. nu. 3. Surd. tract. de aliment. tit. 1. ques. 26. a nu. 1. vbi fufe de filia ab statuto propter masculos exclusa dotanda agit: & ques. 27. sequenti vbi de primogenio regiarum dignitatum differit, quales Ducatus, Marchionatus, Comitatus. Sexto & declaratur regula, dum donanti, vel pacifcenti in capitulis matrimonialibus remaneant aliqua, de quibus possit testari, vt animaduertunt omnes, & dixi declara. 1. & 2.

69

Aduertendum tamè quod etsi pactum valeat, vel donatio, poterit, tamen donator, &

70 alijs bonis, vel ex sua industria quæstis aut ex usufructu, in alios filios disponere: quoniam pactum vel donatio non extenditur ad bona postea quæstis l. si ita ff. de auro & argen. lega. comprobatur multis Boeri. decis. 204. n. 36. & sequent. Pelaez. tract. de maiorat. Hispano. 1. part. ques. 53. n. 4. Ex & his quæ superius latissime diximus in principio quæstionis, inferri potest ad ea, quæ in dies in Cathalonia nostra contingunt, cum in capitulis matrimonialibus parentes hæreditat filios suos, an ex his verbis vniuersa bona in filium, quem pater hæreditat simpliciter contulisse videatur: in quo articulo quotidiano sequentes casus distinguendos esse puto.

71 Primus & quando pater in contractu matrimonij hæreditat filium simpliciter in bonis suis, & cum in hoc regno iuxta communè loquendi vsum hæreditamentum donatione inter viuos importet, vt autoritate Soccar. in commen. Pet. Alber. cap. si vassallus num. 6. & Cel. Hug. conf. 58. & conf. 60. nu. 11. testatur Canceri. li. 1. resolutio. cap. 8. n. 87. & li. 3. ca. 7. nu. 122. 123. & Ita fiet vt pater hæreditando simpliciter, censeatur donare tantum bona præsentia, & non futura, vt actus sustineatur, qui alioquin inutilis foret si omnia bona venirent; vt autoritate Marquil. Soccar. & Cels. Hug. scribit idem Canceri. d. n. 87. in fine: Dicens sic iudicatum fuisse in regio Senatu referente Anto. Oliban. olim Illede præceptore nostro erudito, & idem resoluit ex Bellon. Clar. in §. donatio ques.

73 19. num. 2. vbi num. 3. & scribit adeo veram opinionem, vt & si verbis vniuersalibus concepta foret donatio donando omnia bona, non tamen nisi præsentia continerentur ex Iasso. & Deci. receptissimam dicens: & præter eos, hanc amplectuntur sententiam Barto. Bal. Angel. Alex. Ancharra. Roma. Butigel. Zafi. Soci. iuni. Iass. Cagno. Boeri. Curti. iuni. Clar. Viui. Ruin. Duen. Bursa. & Ludor. Molin. quos longa serie recenset Surd. qui & egregie disputat decisio. 233. a num. 1. Thesau. decisio. 199. a num. 1. Latè sola ad cõstitu. nouas Sabaud. tit. de alien. bono. mino. & Imol. glos. 2. num. 14. vbi ad partes disputat & decisum sic asserit in illo Senatu, & post hæc scripta videnda decisio inter modo impræssas Cathalonie nostræ Pegue. decis. 170. quæ non exacte hanc pertingit quæstionem.

74 Cæterum animaduertendū & difficile esse casum, vbi & quoties pater hæreditaret filium in omnibus bonis suis tã presentibus, quam futuris, nulla facta reseruatione vtrum hæreditamentum hoc valiturum sit nec ne: nam videtur inualidum, ex eo quod cum hæreditamentum sit quedam donatio, & dona-

tio

75

tio omnium bonorum præsentium, & futurorum sit omnino nulla, quia testandi impedit libertatem, consequenter & hæreditamentum de quo agimus: sicque fuisse bis decisum per Senatum nostrum refert Cancer. dict. cap. 7. lib. 3. numer. 117. versic. Si tamen pactum sequitur Cance. ibi, quoniam cum hæreditamenta nostra sint, donationes, sequitur.

Donationem & omnium bonorum præsentium, & futurorum factam filijs, validam fore, etiam nulla facta reseruatione, ratio quoniam sustinetur vt donatio causa mortis, cum nisi patre moriente vim habere possit l. si donatio. C. de dona. cau. mort. his addendum quod hæc hæreditamenta capiunt vim vltimarum voluntatum sicut scripsimus q. 3. num. 2. & 3.

Ita fiet vt ratio illa, qua improbantur donationes omnium bonorum presentium, & futurorum quia impediunt liberam testandi libertatem cesset in hac specie, poterit, enim & pater donator non obstante donatione vniuersali alium hæredem instituere, qui licet teneatur hæreditatem restituere filio donatario, detrahet tamen falcidiam ex restitutione ex comuni Clar. in §. donatio ques. 19. num. 7. cum enim hæc donationes causa mortis, & equiparentur legatis, sicut ex illis falcidia, & sic ex his detrahi potest l. miles ad sororem iuncta glos. delega. 2. quam expressam dixit Osasc. Pedemonta. 118. numer. 3. qui latè comprobatur, & in terminis & quod valeant huiusmodi donationes omnium bonorum presentium, & futurorum factæ filijs nulla adstante reseruatione, quia resoluuntur in donationem causa mortis decidit post multa à se erudite tradita Surd. decisio. 233. ad finem num. 26. & 27. Vnde non quid iudicatum, sed an bene & iudicatum inquirendum l. nemo C. de sen. & inter om. iudi. Caualea. decis. 44. num. 41. 1. part. Sequitur ex his per eundem Senatum iudicatum, in ea specie.

77

78 Cum & in contractu matrimonij fuit pactum, quod filij ex eo matrimonio sint hæredes vniuersales nulla adstante reseruatione, motus fuit Senatus ea ratione quod vniuersalis hæreditas data sit consequenter nulla donatio, quia impedit libertatem testandi refert, & sequitur decisio Senatus Cancer. dict. cap. 7. num. 128. lib. 3.

80

Sed & huiusmodi decisiones mihi displicent primo quoniam hæreditamentum, hoc est sicut vniuersalis donatio hæreditatis vt omnes fatemur, at vniuersalis & donatio in contractu matrimonij filijs facta

81

restringitur ad bona præsentia, & non continet futura, vt contractus valeat, & non pereat, quamquam & in vltimis voluntatibus fecus sit, sic in terminis donationis factæ filijs post Castren. Alexand. Iasson. Butigell. Capel. Tholos. & alios multos resoluit & decidit Surd. dict. decis. 233. num. 16. versicul. Non obstat vbi latius discrimen constituit inter verba vniuersalia posita in donatione, & vniuersalia posita in vltima voluntate. Addit Surd. numer. 18.

82

83 vniuersalem & dictionem non trahi ad actum nullum, & inualidum, & numer. 21.

84 quod vniuersalia & non extenduntur vbi absurdum sequeretur & numer. 21. ad finem.

85 vniuersalia & verba apponi solere ad magis explicite, & enixe ostendendum voluntatem patris donantis, ideoq; operari ad fauorem illius pro quo appolita sunt non in illius odium.

Hanc ipsam opinionem probauit Surd. dict. decis. a numer. 7. versicul. Vifum tamen est Senatui, multis & irrefragabilibus argumentis, quæ non repeto, & ab illo Senatu sic decisum testatur ibidem.

87 Secundus casus & in donatione hæreditatis extraneo facta sine reseruatione, gratuita questio, nam valere tenuit Cancer. lib. 1. cap. 8. numer. 87. nam vt valeat interpretatio fieri debet, vt contineat bona tantum præsentia non futura, quam opinionem tenuerunt Calca. Soci. & Purpu. quos sequitur Cance. ibi: alij indistincte tenuerunt omnino inualidam, quam dixit communem post alios à se relatos Clar. in §. donatio ques. 19. numer. 6. & quam ille sequitur.

88 Moneatur quia & verbo hæreditatis continentur omnia bona, quæ donans tempore mortis sit habiturus, cum hæreditas sit successio in vniuersum ius l. hæreditas cum vulga. de re. iur. fufe. Cels. notter conf. 58. nu. 1. eo ergo nomine continentur omnia bona tam presentia, quam futura latè Crauet. conf. 139. num. 4. consequenter tollitur libertas testandi, & non valere, & huiusmodi donationem tenuit Bart. in l. fin. num. 11. 12. & 14. C. de pact. non enim pactioibus hereditates dari vel adimi possunt l. hæreditas C. de pac. con. l. pactum quod dotali C. de pacti. & resoluit & decidit in hunc modum Osasc. decisio. Pedemonta. 100. num. 24. 25. Ad hæc fauor filiorum cessat in hac specie cum enim filijs debeatur hæreditas parentum l. scripto ff. vnde libe. vt actus donationis sustineatur facile fauore patris, & & filiorum verba restrictionem recipiunt sicut considerauit non obscure neque semel Surd. dict. decis. 233. maxime ad finem,

nem,

nem. hic fauor cessat in extraneis, neque ab hac opinione uti communi, & vera pro qua in Senatu illo Pedemont. iudicatum fuit, recedendum est.

91 Ex superioribus constat quid dicendum ubi in capitulis matrimonialibus pactum fuit, & dictum ut filij sint eorum heredes post mortem coniugum nam a Senatu nostro in contrarias itum fuit sententias, sicut recenset Cancer. d. cap. 7. num. 130. veritas indubia est pro secundis decisionibus, ut valeat huiusmodi hereditamentum, quoniam si ubi nulla mortis mentio facta est resoluitur hereditamentum id est donatio, in donationem causa mortis ut in superioribus dixi, quanto magis ubi expressim de morte mentio habita est alia adiungit argumenta Cancer. quae praetero.

SUMMARIUM.

- 1 Viuentis hereditas dari non potest.
- 2 Viuentis hereditas nec etiam fauore pie cause dari potest.
- 3 Conuentio inter maritum, & uxorem de hereditando primogenitum non valet.
- 4 Filij secundi matrimonij magis diliguntur quam primi.
- 5 Pactum inter coniuges celebratum ut filij pro filijs sint heredes prioris matrimonij validum.
- 6 Consuetudo probat conuentiones alias illicitas.
- 7 Pactum inter virum, & uxorem quando certa tantum portio donatur, validum.
- 8 Coniuges se ad inuicem obligare possunt, ut retrocedere non liceat.
- 9 Donatio hereditatis facta a coniugibus filijs prioris matrimonij valet, & continet tantum bona praesentia.
- 10 Conuentio inter coniuges facta ut filij pro filijs sint heredes prioris matrimonij videtur tantum praerogationem dare filijs prioris matrimonij.
- 11 Maritus, & uxor paciscentes ut filij pro filijs sint heredes prioris matrimonij, videtur intellexisse de hereditate defferenda in vim iuris communis.
- 12 Castren. consil. in signe.
- 13 Verbum heredes declarandum secundum qualitatem persone ad quam refertur.
- 14 Maritus, & uxor paciscentes ut filij pro filijs sint heredes prioris matrimonij, videtur conuenire pro filijs non tanquam filijs, sed tanquam heredibus.
- 15 Pater potest post factum hereditamentum filijs nascituris, alienare, vendere, & donare in praerudicium filiorum.
- 16 Verbum sint, positum in pacto, & questione

- de qua agitur, scilicet ut sint heredes filij prioris matrimonij, est dispositiuum.
- 17 Verba heres sit, vel erit, institutionem designant vel substitutionem directam.
 - 18 Verba sint heredes, sunt verba directa.
 - 19 Verba heredes sint, vel heredito filios, in capitulis matrimonialibus adiecta, sunt sinonima.
 - 20 Verba heres esto, vel sit heres, sicut sunt directa, ita & verbum heredito.
 - 21 Donatio hereditatis alicui facta, bona tantum praesentia continet.
 - 22 Verba interpretanda sunt eo fine, quo fuerunt prolata.
 - 23 Notariorum imperitia partibus nocere non debet.
 - 24 Verbum succedat est verbum commune non directum.
 - 25 Contrahentes, verba sua tacite censentur corrigere cum consuetudine loci, & Prouintiae.
 - 26 Verba contrahentium a consuetudine interpretationem recipiunt.
 - 27 Verba formia cum Castren. opin. sunt haec, filij heredes sint.
 - 28 Verba heredes sint in capitulis matrimonialibus in Cathalonia nostra pro donarijs usurpantur.
 - 29 Verbum heredes in capitulis matrimonialibus sumi non potest pro heredibus proprijs, qui in testamentis scribuntur.
 - 30 Donationes factae in capitulis matrimonialibus filijs valide, etiam nulla stante stipulatione, ideo irreuocabiles licet in illis pater possit vincula, & substitutiones apponere.
 - 31 Pactum factum inter virum, & uxorem ut filij prioris matrimonij succedant quid operetur.
 - 32 Verbum succedat intelligitur ab intestato.
 - 33 Verbum succedat adiectum vniuersitati bonorum, vel quota, titulum hereditarium importat.
 - 34 Verbum succedat adiectum rei particulari, titulum hereditarium non inducit.
 - 35 Verbum succedat adiunctum verbo debeo, vel ubi sit dictum succedere debeant, non importat titulum hereditarium.

QUESTIO. III.

PACTVM IN CAPITVLIS matrimonialibus contractum quo maritus, & uxor conueniunt, ut datis filijs ex secundo coniugio, filij prioris sint heredes, an valeat, & quem effectum operetur egregie declaratum.

SVPE.

SUPERIORI questionem proxima est praesens, solent apud nostros in Cathalonia in nuptialibus conuenire capitulis, maritus et uxor, ut filij pro filijs, (sic enim loquuntur expressim vernacula lingua) prioris matrimonij sint heredes, siue masculi sint, siue foeminae, dubitatum frequentius, an valida sit conuentio, & quem effectum operetur: Nam si pater in vita alienat vel vendit ex bonis suis, filij, veluti domini facti, & tanquam heredes destinati reuocare alienata poterunt: questionem hanc excitat Cance. in lib. 3. refo. ca. 7. num. 80. eam a nemine haecenus ex practicis nostris recte explicatam lucidissimam reddam, duas constituo inspectiones: prima, an valeat similis conuentio. Secunda, ubi valeat, quem effectum operetur.

Ad primum videtur in ualidam conuentionem, quoniam datur hereditas filijs nascituris, nulla & autem conuentione id fieri potest ut viuentis detur hereditas l. hereditas l. ex eo C. de inuti. stipul. l. pactum l. licet C. de pac. l. pactum C. de collatio. & Quinimo nec fauore pie cause id licet, sicut resolui supra quaes. 1. num. 29. multorum autoritate: sunt enim pacta bonis moribus contraria l. stipulatio hoc modo concepta de verbor. obliga.

Secundo in terminis, & quando non valeat conuentio huiusmodi de instituendo primogenitum, inter maritum, & uxorem, quia inducat votum captandae mortis, tenuit Cap. Tolo. Deci. Anfred. Tiraq. Viui. Crassi. Boreri. Meno. Canal. Auend. Matien. Peregrin. quos recensui supra quaes. 2. num. 31.

Contraria sententia verior, & ante quam respondeam, sciendum apud nostros, eo fine huiusmodi pacta celebrari, ne si forsitan vnus praemoriatur relictis ex priori coniugio liberis: transeundo superstitem ad secundas nuptias spretis filijs prioris connubij, filios heredes instituat secundi matrimonij: quod saepissime & contingit in foeminis maxime, quae blanditijs secundi mariti facile inducuntur ut filios secundi matrimonij diligant magis, & benefaciant illis, & vulgo dicitur secundas nuptias gratiores fore l. lex qua tutores §. lex enim C. de Admi. tuto. Et viri senes maxime, secundas solent amare uxores, imo vero insanire Aufre. decis. Tolo. 366. Neui. in Sil. nup. ca. incipienti. Ampliatur primo n. 5. Huic malo hac succurritur conuentione.

Igitur tenendum conuentionem valere: & Quoniam hereditamentum in Cathalonia, nihil aliud est quam donatio, sicuti relatis Socar. Cels. Hugo. & alijs scripsi supra quaes. 1. num. 71. ubi & dixi, parentes hereditando filios suos simpliciter in capitulis ma-

trimonialibus, videri donasse bona omnia praesentia tantum non futura ut actus, iustineatur. Ita fit ut cum detur certa tantum portio hereditatis, non vniuersa hereditas, conuentio sustineri possit: sicut relatis Castren. Tiraq. Alexan. Oldrad. Curt. Parisi. Gabr. Crass. Ofas. Philip. Meno. & alijs declarauit d. quaes. num. 36. Secundo & seclusa & iuris dispositione, ubi consuetudo has conuentiones probaret sicut in Cathalonia, non dubium, valere, scripsi d. quaes. num. 41. 42.

Tertio ubi certa tantum & portio donatur, valet similis inter coniuges conuentio, remanent enim alia bona de quibus possint parentes testari Bald. Deci. quos refert Pechi. de tes. coniu. lib. 1. cap. 43. nu. 3. alios retuli. d. quaes. 2. num. 39.

Quarto iuvat, & coniugem consentientem coniugi ut de rebus suis disponere possit, tam efficaciter se obligare ut retrocedere non possit, quasi in viam contractus se ipsum constrinxerit. Sic ex Euerat. consil. scripsit Pechi. supra num. 4. ex text. in l. cum pater §. liberis de lega. 2. l. quoribus ab omnibus de fideicom. Bal. Angel. Fulgosi. & Tiraq. ab eodem relati, docentes, sic consentientem coniugi non posse reuocare consensum, cum transierit in contractum.

Non obstant in contrarium adducta, quoniam non tota hereditas datur sed pars, & hereditamentum sola bona continet praesentia, tum & tertio consuetudo in Cathalonia huiusmodi conuentiones probat.

Respondetur ultimo, quod ubi fit & mentio hereditatis viuentis aliquo, sicut in nostra specie, & dicitur, dono tibi hereditatem meam, valet donatio, & continentur tantum bona praesentia ut actus valeat, sicuti post Bartol. Castren. & Deci. respondit Crauet. consil. 139. num. 6. & licet dissentiant multi ut per Cels. d. consil. 58. Tamen idem fatetur ibidem num. 5. in Catalonia de validitate conuentionis non esse dubitandum Peguer. decis. 170. & si is parum diligenter. Cancer. lib. 1. refo. ca. 8. n. 86. & seq.

Circa secundam inspectionem, quem effectum operatur conuentio nuptialis, videtur illis verbis (Ut filij pro filijs sint heredes prioris matrimonij) solum & fuerit data praerogatio, filijs prioris coniugij non etiam vocatio praecisa, sic filij prioris matrimonij in bonis, de quibus conuentio loquitur praerogandi erunt a paratibus filijs secundi matrimonij consequenter alienata reuocare non poterunt quam opinionem tenuit nouissime in suis resolu. Cance. lib. 3. cap. 7. num. 81. motus autoritate Berenga. & Casiana. haec opinio multis conuinci potest. Primo, quia cum dictum non fuerit, quo titulo hereditas ad

ad eos peruenire debeat an ex contractu, & sic ex propria dispositione, an vero ex iuris communis dispositione, ea sumi interpretatio debet, ut voluerint pacifices intelligere ¶ de hereditate deferenda in vim iuris communis, huius opinionis author fuit Castren. in l. si cum dote num. 11. ff. so. matrimo. is docuit stante statuto Florentino quod vxore pramortua sine liberis, vir lucretur dotem vxoris, si autem cum liberis succedat in dote liberi, si contingit mulierem precedere cum liberis, relicto herede fratre, an potuerit, videbatur non posse quia vocati fuerant liberi illo statuto, consequenter mater alios quam proprios filios heredes instituire non poterat: contrarium respondisse se Castren. inibi affirmat pro ut respondit confil. 82. lib. 1. ex verbo illo *succedant*, quod cum referri debeat ad iuris dispositionem, intelligendum ut succedant ab intestato, si heredes non instituantur, vel ex testamento, ubi heredes instituerentur, & sat grauata fuit mater ab statuto, ex quo sibi abstulit testamenti factionem: subiicit Castren. diuersum fore, quando statutum loqueretur per verba distormia disincta a communi loquendi vsu iuris, veluti si dixisset statutum, *lucrentur, habeant*, & his similibus vteretur, quorum proprietates seiuncta est a communi loquendi iuris consultorum obseruatione: consilium illud probatum fuisse ab innumeris famosissimis Doctoribus Italiae refert idem Castren. Id ipsum repetit Castren. consil. 441. num. 4. distinguens, aut statutum loquitur, ¶ per verba formia, vel informia: formia ea esse dicit, quibus ius ipsum commune vitur informia, quae ab eo aliena sunt: priori in casu cum referri debeant ad iuris dispositionem, ab eo interpretanda sunt, ut succedat verbu, intelligatur ex testamento, vel ab intestato, alia verba, non hanc possint recipere declarationem, cum igitur pactio de qua agimus loquatur per verba formia, *heredes sint*, & accipi possint dupliciter ex testamento, si heredes instituantur, vel ab intestato, ubi nullu conditum fuit testamentum, quoniam & hi heredes dicantur, rubri. & tit. de heredi. ab intest. venien. & insti. de heredi. quae ab intesta. illis verbis *sola prelatio concessa videtur*, consequenter non sunt prohibiti coniuges alienate, Paul. Castr. sententiam sequi sunt multi, quos longa serie recenset Cassana. d. consil. 45. a n. 5. circa medium.

11 Secundo haec eadem opinio inuatur ¶ ex eo quod verbum heredes, intelligendum est. Secundum qualitatem personae, ad quam refertur l. plenum §. aequi ff. vsu. & habita. l. si quis filio §. irritum ff. de inlus. testa. cum igitur filij secundum ipsorum qualitatem suc-

cedant ab intestato, & ex testamento, non autem contra voluntatem parentum, consequenter verba illa, *filij prioris matrimonij sint heredes*, ad successionem testati vel intestati referenda sunt, neque ita laxa esse debent, ut includant successionem aduersus voluntatem parentum, qua argumentatione in simili vsus est Castren. d. consil. & alij relati ab eodem Cassana. d. consil. 45. num. 10. his alia multa argumenta adiungi possent, quae lass. Cuma. & alij relati ab eodem Cassana. adferunt in probationem dicte opinionis, quae sciens pratero, quoniam tota vis consistit in duobus supra relatis.

14 Tertio magis ¶ auget difficultatem, quod coniuges in hac pactioe pacti fuerint pro filiis matrimonij prioris exprimendo eos futuros heredes, & sic pro filiis non tanquam filijs, sed tanquam heredibus quo in casu nullus dubitat promissionem illam ad eos referri non ut filios, sed ut heredes iuxta gloss. celebrem in l. si tibi §. si pactus ff. de pac. qua dixere commanem innumeris relatis nouissimè Menochi. tract. de praes. lib. 3. praes. 38. & praes. 48. Peregrin. de fideico. arti. 17. num. 24. Surd. late decis. 322. num. 12. & 39. Et ego ipse infra, sic efficitur ut ex voluntate parentum paciscentium sic habituri sint hereditatem filij, si heredes instituantur a parentibus, non aliter interim igitur nihil prohibet quin parentes alienare, & vendere possint in vita, & tanquam legitime alienata, minime post per filios posse reuocari, potest ¶ enim pater in vita alienare, vendere, & donare in preiudicium filiorum, dum id non faciat in ipsorum fraudem, & ea intentione ut illis legitimam subtrahat, sicuti referunt communem Bobi. consil. 54. Clar. in §. donatio. ques. 24. ad finem Cels. Hug. consil. 11. num. 3. idem in vna Cathalonia in hac vrbe respondit idem Cels. Hugo. & in donatione facta etiam in capitulis matrimonialibus consil. 100. num. 10. & in grauissima lite, & in altera Toletana consil. 120. num. 43. Vltimo vrget quod aliquando mihi Aduocatus quidam obiecit, quod verba illa, *filij pro filiis sint heredes filij prioris matrimonij*, praesupponunt concursum secundi matrimonij, quare non dato concursu, verba illa non possunt operari dispositionem; dato autem concursu operabuntur praetationem, & dispositionem, quia non dicitur primum matrimoniu nisi respectu secundi matrimonij.

15 Verum contraria tenenda opinio ex illis verbis, *filij pro filiis sint heredes* &c. Duplicem oriri effectum hereditamenti, & prelationis quae sententia sequentibus probatur.

16 Primo, quia verbum sint, ¶ positum in pacto capitulorum matrimonialium ubi dicitur, *sint*

sint heredes, &c. est verbum dispositiuum, & inducit veritatem, & substantiam actus, gloss. in l. mercis appellatione de verb. signi. Barto. in l. si maritus §. leges ff. ad l. lu. de adul. & post alios Meno. consil. 106. num. 22. 3. li. 2. & verba ¶ *heres sit, vel erit* & his similia ex substantiuo *sum, es, fui*. Significant institutionem vel substitutionem directam Bal. in l. 1. §. haec autem ff. de here. institu. est communis referente Cacialup. in l. praecibus ad finem C. de impube. potissime cum verbo ¶ sit, adiungitur verbum heres, ex distinctione Sfor. Odd. tract. de compen. substitu. par. 4. in verbo *erit, vel sit* fo. mihi. 42. cum igitur directo fuerint vocati filij per superiora verba, sic fiet ut hereditati vere de his bonis, quae coniuges possidebant tempore obnuptialis conuentionis censeantur.

17 Secundo & fortius ¶ id ipsum suadet irrefragabiliter, quod verba *heres sit, vel heredito*, sinonima sunt, in iure, & nulla inter ea datur differentia, sic in terminis scripsit Cuman. consil. 2. n. 8. illius traditione sequitur lass. in l. Ceturio in fine ff. de vulga. propterea inferetes quod sicut ¶ verba *heres est, vel sit*, sunt directa, ita & verbum *heredito*, & licet Sfor. Odd. de copen. substitu. 4. p. in verbo *hereditet* fo. michi. 44. duabus leuissimis rationibus recedat, est communis, & ea sequitur nouissimè licet Odd. non meminerit Peregr. tract. de fidei. artic. 34. n. 49. Bolog. Cauall. d. decis. 20. n. 13. p. 3. cu igitur ex verbo *heredito*, in Cathalonia, veru, & puru hereditamentu inducatur, idest donatio omnium bonorum, quae tempore contractus coniuges possidebant, sic ex verbo, *heres sit, vel heredes sint*, maiori ratione, quia maior saltim equalis est vis vocis *heres sit, ac illius heredito*.

18 Tertio respondit egregie Craue. ¶ consil. 139. nu. 6. validam esse donationem hereditatis alicui factam, & intelligitur de bonis praesentibus ut actus valeat. Quod autoritate Bar. Deci. & alioru coprobauit. vnde cu confundatur verba illa *heredes sint, vel heredito*, quia id est dono ut & superiori animaduertit quaestione, & hac ipsa in princip. dubitari nequit quia illis verbis, veru hereditamentu, & donatio fuerit in filios nascituros collata.

19 Quarto verba ¶ sunt interpretanda ad eu finem ad quem fuerunt prolata l. debitor §. fin. ff. ad S. C. Trebell. & restringenda ad res, de quibus paciscentes loquuntur §. quod autem insti. de legi. ag. tu. Craue. consil. 16. nu. 5. Surd. decis. 43. n. 17. cum igitur sint ad eu finem prolata ut filij nascituri ex primo matrimonio potiantur rebus, & bonis, quae coniuges possident, & tenent tempore coniugij, nihil mirum si donationis, & hereditamenti effectum operentur: fuisse autem hoc fine, &

intentione prolata nullus ex his, qui huius provinciae mores nouerit, & instituta, ignorare potest, quonia similia verba, ut plurimu inferuntur in conuentionibus nuptialibus rusticorum, & in pagis & villis ubi non est copia peritoru. Nec notarij ibi ita periti sunt, sicut in vrbibus, & locis numerosis, atque ideo ipsorum verba sunt benigna interpretatione adiuuanda, non enim ¶ notarioru imperitia partibus nocere debet, sicut non semel dixi in hoc tractatu, & scripsit Decia. resp. 7. n. 79. li. 3. & resp. 44. n. 3. 10. li. firmiter ergotendendu illis verbis veru hereditamentu fuisse inductu proinde nec alienare posse parentes donata, licet Cacer, aliter sentiat nulla adductus ratione, licet & is caute animaduertat videndu an coniuges illis verbis non obstantibus voluerint vere hereditare filios, non obstant adducta in contrarium, ex quorum dissolutione verior nostra apparebit opinio.

Non primu quonia opinio Pau. Castr. etsi a multis probata, sunt tamè innumeri, qui ea reprobant, & validissimis argumētis, quos refert, & sequitur Sur. cof. 81. li. 1. etsi vera foret loquitur in diuersis terminis, in verbo *succedat*, quod verbu est commune, ¶ non directu, sicuti ex communi post Bar. Aret. Soci. Angel. Bald. Cacial. Imol. Guil. Benedi. & innumeros scripsit Odd. de copen. substitu. p. 4. verbo succedat fo. mihi 51. & si is contrarium insinuare videatur Surd. cu communi consil. 81. n. 5. & 6. lib. 1. Bolog. Cauall. decis. 20. num. 14. p. 3. responderetur secudo, & vere paciscentes sua conuentionem, & verba *filij pro filiis sint heredes filij prioris matrimonij* referre voluisse, non ad dispositione iuris communis, sed ad ius conuetudinariu, cu quo tacite prius ¶ quae cu dispositione iuris communis voluntate suam coniunxisse censentur Bar. in l. insiuradu §. 1. ff. de ope. liberto. Alex. & Sigismu. quos refert Cauall. deci. 5. n. 14. p. 2. & verba contrahentiu a consuetudine ¶ interpretatione recipiunt l. quero §. interlocutoru ff. loca. l. quida cu filiu de verb. ob. Alex. Rolan. Rube. Gabr. Soci. Paris. & alij relati ab eodem Cauall. d. decis. n. 19. p. 2. cu igitur ex communi vsu loquedi in Cathalonia verbu hereditare, idem importet, quod donare, & verba illa *heredes sint*, idipsu significant, quod hereditati sint, quia sinonima sicut scripsi supra ex traditione Cuma. lass. & Peregr. sequitur verbis illis, *filij pro filiis heredes sint prioris matrimonij*, hereditatos fuisse filios, & donata presentia bona, quae si alienata fuerint iuste reuocari poterunt: verba igitur ¶ formia sunt ut cum Castr. loquamur, haec *filij heredes sint*, non habito respectu ad iuris communis dispositione, sed ad iuris consuetudinarij obseruationem, quae efficiunt ut, filij his verbis donatarij efficiantur.

efficiantur bonorum, quæ coniuges tempore matrimonij possidebant.

Non obstat secundum, fatemur enim verbum hæredes declarandum iuxta qualitatem personæ ad quam refertur, ex testamento, vel ab intestato, non autem contra voluntatem; non enim argumentationi locus est cū 28 et verbum hæredes ex iure non scripto; consuetudine scilicet nostræ Cathalonæ interpretatur pro donatarijs, & dominis, sicut & in vim dispositionis iuris communis ut valeat, & non pereat actus aliquando eandem recipit interpretationem verbum hæredibus sicut Crauet. scribit. d. consil. 139. numer. 6. post Bart. Deci. & alios. Vnde verba illa, *sint hæredes*, non contra voluntatem, sed secundum voluntatem coniugum summuntur pro donatarijs, & dominis.

Non obstat tertium, quoniam contrario locus est, quando verbum hæredibus, sumitur in suo proprio significato, de hæredibus in testamento scriptis, secus in hac specie, in qua verbum hæredibus in contractu positum non potest referri et ad ultimam voluntatem, cum efficiantur hæredes in contractu coniugali, vnde improprie sumitur pro dominis, vel donatarijs uti supra scripsi, maxime in Cathalonia; in qua ut sæpius dictum, verbum hæredes, sumitur pro dono, & verbum hæredes pro dominis: ita efficitur, ut cum donatarij sint filij in præiudicium ipsorum alienationis fieri non possunt, eorum scilicet bonorum, quæ tempore contractus possidebant.

Neque obstat quod possit interim ante traditionem donator, obligare, & alienare ad ea, quæ scripsi supra, id enim verum nisi notarius fuerit stipulatus pro filijs nascituris, vel eidem parentes, sicut de veroque scripsi quæstio. 2. numer. 55. 56. & sequent.

vbi & num. 59. ex magis et communi, & vera resoluti valere huiusmodi donationes in capitulis matrimonialibus factas etiam nulla adstante stipulatione, ad eum locum lectoris reijcio & licet Cel. in citatis a me supra consilij aliter responderit male loquitur & aduersus receptas traditiones, vbi & quando ex consuetudine donationes huiusmodi, quæ filijs nascituris fiunt, roborantur, sunt enim irrevocabiles & vestiantur coherentia matrimonij quod irrevocabile est sicuti scripsi latius quæst. 6. Quamquam cum ipso existimem posse patrem donantem suo testamento vincula & substitutiones apponere in rebus sic donatis ex his quæ ille d. consil. centesimo. numer. 12. & consil. 126. numer. 43. intelligendo tamen in his donationibus quæ legitimam excedunt, non in his, quæ commensurantur legitimæ, in qua fi-

lius gravari non potest. Dixi latius infra quæst. decima.

Nec obstat ultimum quoniam etsi videatur coloratum argumentum nullius tamen considerationis est, quoniam non facta mentione expressim secundi matrimonij, verba illa *filij prioris matrimonij sint hæredes*, &c. non præsuponunt secundum matrimonium, quoniam primum & id dicitur in iure quod post se secundum non habet. text. expressus in l. 2. §. legitima ff. de suis & legi. hære. cap. Ioseph. ex. de verb. signifi. l. proximi vbi in specie Rebuf. ff. de ver. signific. quemadmodum & is primogenitus recte dicitur, qui alium post se non habet d. ca. Ioseph. Rebuf. supra Tiraquel. ornat. multis tract. de iur. prim. 1. quæst. num. 3. Ab hac opinione nec in iudicando vel consulendo recedendum in hoc Principatu Cathalonæ. Quid autem si 31 et coniuges in contractu matrimonij dixissent *filij pro filijs, succedant filij prioris matrimonij*, an his verbis censeantur hæreditati, & donata filijs bona, quæ tempore contractus matrimonij habebant.

Et quidem cum verbum succedant, et intelligatur ab intestato l. 3. §. de illo ff. pro socio. Socin. consil. 30. numer. 32. libr. 1. Surd. consil. 81. numer. 1. libr. 1. videtur illis verbis exclusam successorem testamenti, & intelligendam voluisse contrahentes, vocare filios ad intestati successorem, non aduersus eorum voluntatem excepta legitima, quod in verbis statuti loquentis per verbum succedat post multos ab eo relatos respondit Surd. dict. consil. 91. a num. 1. quamquam in suo casu ratione alterius verbi coniuncti cum verbo succedat, habere scilicet debeant, &c. aliud respondeat, & latissime Cassana. d. consil. 45. per totum qui in specie propositæ quæstionis respondit, in verbo succedat posito in capitulis matrimonialibus.

Animaduertendum igitur, an contrahentes in capitulis matrimonialibus loquantur vniuersaliter, volentes ut filij succedant in omnibus bonis, tunc et cum verbum succedat adiectum vniuersitati bonorum, vel quotæ importet titulum hereditarium sicuti resoluit multis argumentis Angel. consil. 81. quem sequuti sunt alij testante Surd. d. consil. 81. n. 6. & verbum succedat sit commune l. non tantum de fidei. libe. l. restituta §. fina. cum l. sequen. ff. ad S. C. Trebelli. dixi multorum autoritate supra nu. 24. fiet ut filij prædictis verbis hæreditati non censeantur. Sanè si verbum succedat et adiunctum sit rei particulari, ut quia dictum fuisset *succedant in domo, unica, vel certis redditibus*, hoc in casu titulum hereditarium non

non

QVÆSTIO IIII.

FILIVS HAEREDITATVS in capitulis matrimonialibus per coniuges, si factus maior, & uxorem ducens moriatur, nullis relictis filijs, hærede extraneo instituto, mortuo demum patre, alio instituto hærede, quis eorum preferendus in bonis hereditatis, egregia disceptatio.



ON insolita quæstio et est, quid vbi filius maior hæreditatus fuit a parentibus in cōtractu matrimonij, qui uxorem duxit, mortuus demum sine filijs, extraneo hærede instituto, extremo parentibus, alio etiam hærede instituto, quis ex duobus hæredibus præferendus in bonis hereditatis, Cæce. se aliquando respondisse refert in hac specie li. 3. ca. 7. nu. 87. existimat ille inibi præferendum fore hæredem parentum, hæredi filij, mouetur sequentibus:

Primo, quoniam inquit et huiusmodi hæreditatæ, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus censeantur veluti quædã ultima voluntates in filios, & ab eis descendentes, sicuti se ex Bal. dixisse scribit li. 1. refo. c. 8. n. 34. vbi citat Bal. in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. actio. sic ille et infert non habere effectum hereditatæ nisi mortuis parentibus hereditantibus, citat Berenga. in ca. 1. de fil. na. ex ma. prælud. ca. 9. n. 2. & ca. 7. prælu. vbi & docuit quod cum successio huiusmodi sit in diē incertum nequeunt et filij ad hæredes extraneos, transmittere dictam hereditatē.

Secundo addit, hoc fore ex mente contrahentium, quam mentē nescio qua mēte colligat. Sic et infert consilium Lanar. conf. 89. qui nu. docet 8. donantē filio, & illius filiis, deficientibus his, non posse extraneū ad res donatas vocare, sed redire donationem ad donantem, intelligendum fore in donationibus factis in capitulis matrimonialibus nō in alijs donationibus inter vivos, nisi ad sint coniecturæ. Sic suam sententiam dixit, qui tamen in multis deficit. Primo quia verum don est huiusmodi hereditatæ, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, censeari ultimæ voluntates, quinimo totum contrarium enidētius ex eo cognoscitur, quod verba importantia ultimam voluntatem, qualia verba heredes sint, adiecta in huiusmodi donationibus, quæ mere ultimæ voluntatis dispositionem sapiunt, impropriantur, et ut verbum hæredes, intelligatur pro dominis, sicuti ex Crauet. Deci. & alijs dixi q. præcedenti n. 9. sic & verbum succedat, dixi ibidē n. 33. cū ante & post seq. & manifeste in verbo, hæredes,

non inducit l. cogi. §. generaliter l. mulier §. fina. ff. ad Trebelli. sic fiet ut filij hæreditati censeantur in re illa particulari, qual alienata, possit per filios, vel filium reuocatio fieri comprobatur dicto consil. numer. 16. & 17. Surd. eadem argumentatione latissime.

Atque id ipsum dicendum, et vbi cum verbo succedere coniuges, adiecessent verbum debere, vel aliud simile præcisum, quoniam non importaret titulum hereditarium, sicuti pulchre post multos a se relatos respondit Surd. consil. 81. & fatetur Cassanat. consil. 45. numer. 53. in versic. Surd. d. consil.

SVMMARIVM.

- 1 Filius maior hereditatus a parentibus in contractu matrimonij uxore ducta mortuus, demum sine filijs extraneo hærede relicto, superstitibus parentibus, demum mortuis, qui alium hæredem instituerunt, quis ex duobus hæredibus præferendus in bonis hereditatis.
- 2 Hereditatæ, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus per parentes reputantur ultimæ voluntatis inter filios.
- 3 Hereditatæ nisi mortuis parentibus effectum consequuntur.
- 4 Hereditatæ successiones sunt in diē incertam, & ideo non transmittuntur ad hæredes extraneos.
- 5 Donans filio, & illius filijs his deficientibus extraneus vocari non potest ad res donatas.
- 6 Verbum hæredes in donationibus factis in capitulis matrimonialibus adiectum, impropriatur et verbum hæredes intelligatur pro dominis.
- 7 Verbum hæredes in Cathalonia accipitur pro dono.
- 8 Donationes, & hereditatæ sunt irrevocabiles.
- 9 Baldi traditio declaratur.
- 10 Berengarij traditio declarata.
- 11 Donationes, quæ a parentibus fiunt, & filijs, & descendētibz ad extraneos transmitti non possunt.
- 12 Authoris opinio.
- 13 Filius in rebus sibi donatis, & traditis hæredem habet filios, vel descendentes.
- 14 Filius cum facta fuit donatio facta traditione, præferendus hinc hæres extraneus hæredi patris.
- 15 Hæres patris in rebus donatis filio nulla facta traditione præferendus hæredi extraneo a filio instituto.

- 7 ne discedamus ꝛ a terminis questionis, etsi ad ultimam referatur voluntatem, & dispositionem, sicuti ex multis scripsi quæstio. precedenti num. 19. in Cathalonia tamen verbum hæredito, accipitur pro verbo dono, & importat donationem bonorum præsentium, quæ coniuges tempore contractus matrimonij possidebant, sicuti auctoritate multorum dixi supra præcedenti quæstione num. 5. & sæpius alibi, & censet millies idem Cancr. in locis supra citatis, si igitur verba, quæ alias proprie important actus ultimæ voluntatis impropiantur ut importent contractum inter vivos donationis scilicet, qui fieri potest ut hæreditamenta huiusmodi vim habeant ultimæ voluntatis.
- 8 Secundo ultimæ ꝛ voluntates reuocabiles sunt, at hæ donationes omnino irrevocabiles in vim legum regiarum, quam iuris etiam communis, sicuti dixi sæpiissime in hoc tractatu. Non obstat traditio ꝛ Bal. in d. l. pro hæreditarijs, absit enim ut de tanto viro credamus talem prodijisse errorem, voluit dicere Bal. huiusmodi vel similes dispositiones esse veluti ultimas voluntates, non quod vim habeant vitimarum voluntatum, cum sint contractus, reciproci inter maritum, & uxorem, sed his similes, quasi quod facturi sint post in testamento, nunc faciant in contractu nuptiali, non obstat traditio Berenga. qui in commentarijs illis ad tex. in cap. 5. de fil. n. ex ma. ad morga. erravit in multis, quæ utinam prius cogitasset quam scripsisset, & cum dixit ꝛ Berenga. hæreditamenta hæc effectum non sortiri nisi mortuis parentibus hæreditantibus, id verum, verum non inde inferri potest quod huiusmodi hæreditamenta vim habeant vitimarum voluntatum, quod si transmissio non fit nisi ad filios, non ad extraneos, id ꝛ generale est in omnibus donationibus, quæ a parentibus, vel alijs quibuscunque fiunt filijs & eorum filijs ut ad extraneos fieri transmissio non possit, quinimo deficientibus, donatæ res ad donantem reuertuntur sicuti ex cõmuni resoluit Lanari. d. consil. 85. num. 8.
- 12 Ut autem ꝛ propositam quæstionem recte resoluam, quis ex duobus hæredibus præferendus sit nec ne, distinctionem sequentem instituo. vel enim parentes cum filius uxorem duxit, de rebus hæreditatis, tradiderunt filio res aliquas, ad sustinenda onera matrimonij, sicuti solet fieri, aut non, priori casu facta traditione, si post moritur filius, hærede filio relicto, præferendus hæres nepos hæredi extraneo, a patre relicto, quoniam in rebus donatis in capitulis matrimonialibus, ꝛ & traditis filius habet hæredem filium, vel descendentes, sic auctoritate

Guid. Bertran. & aliorum respondit pulchre Io. Philip. & in eisdem terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus respon. 24. a num. 20. 21. cum sequen. Aut relinquat ꝛ filius hæredem extraneum, superiunte patre facta traditione rerum hæreditatis, & in eo casu præferendus hæres extraneus patris, hæredi filij, quia cum ex natura ipsius donationis tacite insit ut facta filio & filijs, ad extraneos transire nequeat, ut ex traditione Lanarij dixi supra, ad hæredem extraneum ius nullum potuit transire arg. nemo plus iuris de reg. iur. sic recte sensit in hoc casu Cancr. post Berenga. supra. Aut ꝛ nulla facta traditio fuit, & idem censendum, ut præferatur hæres patris, quoniam cum ius hæreditamenti radicatum non fuerit adhuc in personam filij, quæ prædecessit patri donanti, minus multo, qui nullum habuit ius, alium recte instituere potuit hæredem, sic etiam & in hac specie recte sentiunt Beren. & Cancr.

Aut vero facta iam traditione rerum in hæreditamento, & donatione contentarum mortuus fuit filius hærede extraneo relicto, similiter post patre, hærede etiam extraneo relicto, nec in hæreditamento facto in capitulis matrimonialibus inter maritum, & uxorem fuit facta mentio de filijs filij primogeniti hæreditati, sed fuit simplex & purum hæreditamentum in hac specie, existimaucrim præferendum extraneum hæredem filij hæredi extraneo a patre instituti, quia facta traditione effectus fuit filius omnino dominus, maxime vbi donatæ res, & traditæ legitimam non excedebat, ex his, quæ Celsus respondit in vna huius vrbis Barcinonæ, & altera Tolentana consil. 100. & consil. 120. quæ duo consilia citavi quæst. 3. supra num. 30. & sæpius alibi.

S V M M A R I V M.

- 1 Reseruatio facta a patre filio in donatione an præsuponat donationem vniuersalem omnium bonorum.
- 2 Hæreditamenta in Cathalonia donationes sunt & continent tantum bona præsentia.
- 3 Hæreditamentum in Cathalonia continet bona tantum præsentia ut actus sustineatur.
- 4 Donatio sine reseruatione nulla.
- 5 Differentia inter donationem hæreditatis, & bonorum omnium præsentium, & futurorum nulla est.
- 6 Reseruatio in donatione illam restringit.
- 7 Donatio in dubio non præsumenda.
- 8 Donatio omnium bonorum, præsentia continet, ut donatio valeat.

Reserua-

- 9 Reseruationis natura est restringere dispositionem.
- 10 Donatio vniuersalis, præsentia continet.
- 11 Reseruatio in certis rebus designat præcedere donationem vniuersalem.
- 12 Concessio cum reseruatione præsupponit omnia præter reseruata concessa fuisse.
- 13 Reseruatio in donatione includit omnia præter reseruata.
- 14 Argumentum a cõmuniter accidentibus validum.
- 15 Reseruatio dominij, & fidelitatis in concessione principis præsupponit concessione vniuersalem omnium regalium.
- 16 Reseruatio alti dominij in concessione principis importat concessione causarum appellationum.
- 17 Reseruatio alicuius iuris facta a principe importat concessione generalem in ceteris.
- 18 Auctoris opinio, & consiliatio.
- 19 Reseruatio in donatione facta filio, que postea confertur in extraneam personam, continet donationem vniuersalem.
- 20 Donatio facta a filio est fauorabilis.
- 21 Faur dotis, vel donatio propter nuptias maximus.
- 22 Donatio ex coniunctione sanguinis facile præsumitur.
- 23 Donatio cum reseruatione facta a patre continet tantum bona præsentia, quando idem pater bona post quæstia dederit alteri filio.

Q V Æ S T I O. V.

RESERVATIO VSVSFRUCTUS VEL CERTÆ QUANTITATIS IN DONATIONE HÆREDITATIS FILIO FACTA, AN PRÆSUPONAT DONATIONEM VNIUERSALEM OMNIUM BONORUM PRÆSENTIUM, & FUTURORUM, SUBTILIS & ELEGANS CASUS.

G A S V S hic pulcherrimus & subtilis est, num donante patre filio bona sua in contractu matrimonij, reseruato sibi usufructu, vel alijs rebus ad testandum, si post donator pater multa acquirat bona, num de his in alium quam filium disponere possit: id est ut recte formemus quæstionem, an reseruatio illa facta a patre præsuponat donationem vniuersalem omnium bonorum præsentium, & futurorum, factam fuisse, taliter quod bona omnia præsentia, & futura reincident in donationem: Hunc casum & in eo se consuluisse dixit, pertingit Cancr. insignis aduocatus huius almæ vrbis Barchinonensis libr. 3. reso. cap. 7. num. 389. & 390. Respondit ille donationem vniuersalem non censeretur, ex reseruatione vsufructus, & alterius quantitatis, & sic pronunciasse Senatam nostrum refert, licet dubitet de veritate, & merito ex his, quæ dicuntur, videtur igitur donationem hanc vniuersalem iudicari non posse.

Primo, quoniam attento ꝛ cõmuni vsu, & obseruantia Cathalonij nostræ huiusmodi hæreditamenta, quæ sunt in capitulis matrimonialibus reputantur donationes, & simpliciter facta comprehendunt bona tantum præsentia, sicuti multorum auctoritate scripsi quæst. 3. num. 102. & 103. & latius quæst. 1. num. 71. 72. & sæpius alibi, atque id ipsum de iure cõmuni ex receptiori opinione post innumeros a me relatos tradidit eadē quæst. num. 73. Cancr. lib. 3. cap. 7. numet. 331. vbi incaute, ꝛ qui illic dixerit de iure cõmuni donationem hæreditatis importare bona tantum præsentia ut actus sustineatur, quoniam id per Doctores admittitur in donatione bonorum simpliciter facta non in donatione hæreditatis, quæ sua ipsa natura ex vi verbi continet omnia bona præsentia, & futura quæ disponens habiturus sit tempore mortis, cum hæreditas sit successio in vniuersum ius & c. l. hæreditas de re. iu. Cels. Hug. consil. 58. num. 7. & contineri omnia bona præsentia, & futura nomine hæreditatis respondit post multos Crauet. consil. 139. num. 4. consequenter ꝛ donatio hæreditatis nulla facta reseruatione est nulla, dixit cõmunē Clar. §. donatio quæst. 19. n. 6. & post Bart. & alios decidit Osaf. decisi. 100. n. 14. & 15.

Discrimen igitur inter donationem ꝛ hæreditatis, & bonorum omnium, præsentium, & futurorum nullum est de iure cõmuni, solum attendita nostra consuetudine, qua alteratur iuris dispositio, differētia est, quia verbo hæreditatis, quo alias continentur omnia bona præsentia & futura de iure cõmuni, de nostro consuetudinatio, sola præsentia, ut igitur redeamus vnde digressi sumus, donatio hæreditatis solum continet bona præsentia in Cathalonia, consequenter nisi ea tantum contineri possunt.

Secundo quia ꝛ reseruatio illa ut sentit thesau. infra citandus non auget sed restringit magis donationem; inducta enim ad vñ effectum non operantur contrarium ad text. vulg. in l. legata inutiliter de adlegat.

Tertio & huc pertinet ꝛ quod donatio nõ est præsumenda in dubio etiam inter patrem, & filium sicut relatis multis scribit Meno. de præsum. li. 3. præf. 30. n. 29. Neq. donatio est fauorabilis & consequenter restringenda l. filius familias cum vulg. de donatio.

Quarto vrget magis thesauri & consideratio d. decisio. 199. n. 8. quoniam cū ex recepta opinione

opinione donatio omnium bonorum restrin-
gatur ad presentia, ut actus valeat, & non pe-
reat l. huius. §. qui in dicitur ff. de lega. 2. cum
latè a me ibi traditis, quæ. 1. 2. 3. & supra in
principio. & hæc ratio militat ubi nulla re-
servatio facta sit, pariter certe, & quando re-
servatio, nihil enim huic casui contrariari po-
test, quo minus idem ius constituendum non
sit, alias inducta ut antea dicebam ad unum
effectum operarentur contrarium.

9 Quinto & facit ratio valida quam sola in-
fra citandus adduxit, is hac utitur argumen-
tatione, inquit de natura reservationis fore
restringere dispositionem, non ampliare ad
ea, quæ ex natura actus in ipsa dispositione
minime continentur l. generali §. uxori ubi
Bart. de usu legat. Alex. Aretin. Castrè. Soci.
Gozadi. & Cauat. trac. de usu. muli. nu. 155.
quos citat. & sequitur sola ad consti. nouas
sub. rubr. de alien. bono. mino. & mulic. glo.
3. nu. 47. 48. 49. consequenter cum de natura
huiusmodi donationis sit ut vniuersaliter cõ-
cepta non contineat, nisi bona & presentia
sicuti ille latissimè ad partes rectè disputans
resoluit illic, dicens sic iudicatum ab illo Se-
nato, & multis alijs a me relatis id ipsum cõ-
fui supra quæ. 1. num. 71. & seq. sequitur ut
reservatio efficere nequeant ut bona futura
comprehendantur, & hanc opinionem tenuerunt
Socin. & Cephal. relati per Thesau. d.
decif. 199. num. 8. ubi sic decisum in illo Se-
nato quos illic sequitur & latius sola in d.
glos. 3. num. 49.

10 Contrariam sententiã tenuerunt alij plu-
res grauiissimi Authores ut ex sola reserva-
tione censeantur donata bona presentia &
futura, sequentibus moti fundamentis. Primo
11 & quoniam reservatio in certis rebus osten-
dit donationem præcedere vniuersalem, nã
exceptio format regulam in casibus non ex-
ceptis l. nam quod §. fina. de pœnu. lega. 1.
quæritur §. idem respondit ubi glo. de fun.
instru. & in simili de donatione loquens, &
reservatio Cels. noster consil. 37. num. 9.
12 Hinc dixit & And. de Iser. in cap. 1. §. si quis
de manso titu. de contro. in uel. quod ubi cõ-
cedens aliquid sibi reservat, videtur omnia
præter reservata concessisse.

13 Secundo accedat & ratio Crane. cõs. 214.
num. 12. & 13. reservationem certarum re-
rum in donatione; includere bona omnia
præter reservata l. cū prætor eū vulga. de iud.

14 Tertio si validū & est argumentum prout
valet, a communiter accedentibus, ad ea quæ
ex eo text. omnes in cap. 1. de Cler. non re-
fid. & l. idèoq. de leg. 1. negari nequit a com-
muniter accedentibus reservationes tantum
fieri in donationibus omnium bonorum præ-
sentium, & futurorum quæ his indigent, reli-

quæ minime, & ideo frustra reservationes
adijciuntur, quo argumento vsi sunt aliqui in
hac tenenda opinione quos mox referam.

15 Quarto respondit & Rimitia. iunior. consil.
772. li. 4. Rol an. consil. 1. li. 4. quos sequitur
Petra tract. de potest. princi. cap. 22. n. 49. &
50. reservationem dominij, & fidelitatis in
cæteris regalia conferre.

16 Quinto scribit & Plot. l. si quando nu. 278.
C. vnde vi. reservationem alti dominij im-
portare cõcessionem causarū appellationū.

17 Sexto & respondit & Pancirol. consil. 185.
nu. 9. quem sequitur Petra. d. ca. 22. nu. 101.
reservationem alicuius iuris, importare alio-
rum concessione generalem, quare in ter-
minis donationis de qua agimus hanc opi-
nionem sequuti sunt Meno. Berò. Socin. &
Crauet. relati. per thesau. d. decif. 199. nu. 8.
& in eisdem terminis donationis Sol. de Paz.
consil. 25. nu. 31. Astipulatur his qui nullam
de prædictis mentionem fecit Cauat. decif.
22. nu. 24. par. 3. qui loquens in reservatione
donationis bonorum, hanc etiam sequitur
opinionem quia reservatio cum sit quedam
exceptio firmat actum in non reservatis Sur-
dus decif. 163. num. 18.

Quæ opinio maxime procedit in nostra
specie ubi fuit donata hereditas cuius nomi-
ne sua ipsius natura continentur bona omnia
presentia, & futura sicut milies dixi, & teti-
gi supr. n. 3. quo in casu nec thesau. neq. sola,
alioquin viri. doctissimi loqui sunt in dona-
tione tantum bonorum, atq. ideo proculdu-
bio contrarium dixissent in donatione here-
ditatis, sicuti latius ex argumentis per Sola.
traditis euidentiùs colligitur.

Quibus sic stantibus remouentur funda-
menta præcipua tradita per Sola, & the-
sau. Tota enim vis, argumentum illud, reser-
uationem minime includere ea, quæ alias de
natura actus non veniunt ut Sola. scilicet, &
verbo hereditatis cõtinetur propria & vere
bona omnia, quæ quis tempore mortis suæ
habiturus est, sicut innumeris relatis scripsi
quæ. 1. nu. 71. & seq. & supra num. 3. Cance-
supra Cels. Hugo. consil. 58. nu. 1. consequen-
ter reservatio includet omnia bona.

Neq. obstabit, inducta ad unum effectum
contrarium operari non posse, quia & id ve-
rum, ceterum non operari contrarium in hac
specie cum vis verbi hereditas, omnia con-
tineat, eodem modo responderetur ad text. in
d. l. generaliter §. uxori, non enim reservatio
restringit donationem hereditatis, neq. ampli-
at sed conseruat dispositionem secundum
naturam illius, vnde cum ex natura donatio-
nis hereditatis bona futura contineantur in
eadem reservatio conseruat donationem, sic
neque auget, vel minuit reservatio.

Quare

Quare non rectè censuisse Senatū nos-
trum existimo, qui in donatione hereditatis
facta filio contrarium iudicauerit, ad fauo-
rem patricij cui pater donator idemq. frater
respectiue donauerit bona post donationem
22 filio factam quæ sita: impium sanè est, bona
filij & descendentes adimere, ut dentur
transuersalibus quibus non sic debentur. Inã
et si de info. tes. l. scripto vnd. li. igitur ut fi-
niam & meam dixerim opinionem in tam ar-
dua difficultate opinor sic duas contrarias o-
piniones & posse conciliari, hoc est in dona-
18 tionem bonorum prout loquitur Thesau. & Sola.
& alij contrariam tenentes, quia in donatio-
ne hereditatis maxime filio facta, & in con-
tractu matrimonij apud me; nec eos, qui re-
ctè sentiunt, nulla est difficultas ex superius
traditis.

Aut donatio bonorum facta fuit filio, quæ
ex se non continet nisi bona presentia, & in
ea reservata res ad testandum, post donatio-
nem de alijs acquisitis facta fuit extraneæ perfo-
næ, extraneum dixerim omnè præter descen-
dentes: aut fuit donatum alteri filio fratri
donatarij: priori in casu censeo donationem
bonorum cum reservatione includere omnia
bona & presentia, & futura ad fauorem filij
aduersus extraneum, quia & bonorum appel-
latio vniuersalis est sicuti Craue. d. consil. 15.
animaduertit n. 8. Bart. & aliorum traditio-
ne Sola. d. glo. 3. n. 14. & fatetur idem n. 40.
in suo casu adiectum fuisse aliquid pronomen
restrictiuum ut casu considerauit simul
cum alijs verbis limitatiuis in illo & inde-
cisa specie, consideratis per Senatū Pede-
mon. quibus colligebatur voluntas donato-
ris, volentis donare bona futura, quæ omnia
in nostro casu cessant.

20 Præterea agitur de donatione & bonorum
facta filio, quæ est fauorabilis & non odiosa,
licet enim ex se non præsumatur donatio,
nec sit fauorabilis, id tamen intelligendum
quando dubitatur an actus sit donatio nec
ne, verum ubi constat de donatione, tunc do-
natio fauorabilis dicitur, & lata interpreta-
tione iuuanda ca. dilecto ex. de dona. Meno.
de præf. li. 3. n. 16. maxime ad fauorẽ filiorum,
& descendentiũ d. c. dilecti ubi Hosti. Panor.
Anto. & Imol. Ias. in l. beneficium nu. 32. de
consti. princip. Alex. consil. 17. nu. 10. li. 7. Ni-
co. Boe. decifio. 172. num. 27. 28. quin etiam
filiorum fauorem ad exclusionem extranei
considerauit Craue. d. consil. 15. num. 8. & 9.
cum in suo casu ageretur de donatione fa-
cta filia cum reservatione scutorum quin-
quaginta.

Tertio in hac specie consideratur fauor
21 & dotis, siue donationis propter nuptias, qui
magnus est, & qui efficit ut fiat interpreta-

tio latissima, sicut rectè animaduertit Cra-
ue. d. consil. ad finem versi. Quarto quia & c.
Meno. præf. 29. nu. 74. 75. 76. li. 3. & dixi se-
pius in hoc tractatu.

Quarto si ex coniunctione & sanguinis faci-
le præsumitur donatio, maxime aliquibus
coniecturis concurrētibus, sicuti scribit Cra-
uet. ubi sup. & alijs multis relatis a Tibe. De-
cian. resp. 15. nu. 13. li. 1. & resp. 39. n. 5. eo-
dem li. quanto magis ad fauorem filij, cui a-
lias hereditas debetur, præsumenda, & simul
latissimè interpretanda quam etiam ratio-
nem considerauit Crauet. d. consil. num. 9. in
versi. Tertio ratione coniunctionis sangui-
nis.

23 Si igitur post donationem & priorem cum
reservatio factam filio, pater donans ex-
traneo donauerit bona post quæ sita, tenen-
dum donationem priorem cum reservatione
omnia continere bona, consequenter secun-
dam nullius effectus. Aut vero pater, post do-
nationem priorem cum reservatione, dona-
uit post quæ sita alteri filio, tum sanè præsu-
menda prior donatio & si cum reservatione
bonorum tantum presentium, ad fauorem
alterius filij, quia militat ratio eadem affe-
ctionis in eo, quæ in altero, maxime quando
subesset eadem causa, ut quia donaret pater
alteri filio ex causa matrimonij donatione
propter nuptias. Et hæc & si noua videntur
vera iuri & equitati sumopere coniuncta.

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum de donando, vel hereditando filium primogenitum in capitulis matrimonialibus celebratum, an possit communi coniugum consensu reuocari.
- 2 Cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morgana. contract. & tex. in ca. filij titu. si de seu. controuer. fuerit declarantur.
- 3 Ius alteri quæsitum factio nostro, potest penitentia reuocari.
- 4 Pactum de donando vel hereditando filium primogenitum, vltima voluntatis naturam sapit.
- 5 Rex diuidens regna sua in vita inter filios suos, potest diuisionem reuocare.
- 6 Donans alteri eo pacto ut si donatarius sine liberis decedat, res donatæ ad alium perueniant, potest reuocari.
- 7 Iuramentum in donatione interpositum, non facit donationem irrevocabilem quando reuocari potest.
- 8 Maioratus institutus à viro & uxore simul, potest ab altero in bonis suis reuocari.
- 9 Maioratus vel primogenij institutio, naturam redollet extremi iudicij.

- 10 Donatio à filio familias facta cum patris consensu mortis causa, potest à filio inconsulto patre reuocari.
- 11 Maioratus vel primogenium Principis etiã auctoritate erectum, potest reuocari.
- 12 Maioratus vel primogenium inter virum, & uxorem in contractu matrimonij institutum reuocari potest.
- 13 Maioratus vel primogenium siue ex causa matrimonij, aut dotis institutum, reuocabile est.
- 14 Donatio simplex filio facta, regulariter reuocari potest.
- 15 Donatio etiam causa matrimonij facta, reuocatur ex dispositione l. si unquam C. de reuoca. donatio.
- 16 Donatio, vel hereditamentum ex causa matrimonij multorum auctoritate reuocari non potest.
- 17 Donantes, vel pacifices coniuges pro filijs nascituris possunt substitutiones, & vincula quauis apponere filio primogenito.
- 18 Donatio inofficiosa quemadmodum potest reuocari, sic de fideicomisso grauari.
- 19 Pactum de donando, vel hereditando potest, & si fuerit iuratum, substitutionibus, & vinculis restringi.
- 20 Donatio causa mortis, & si iurata reuocari potest.
- 21 Dispositio l. si unquam C. de reuocan. donatio, non tollitur iuramento.
- 22 Pacta de donando, vel hereditando consuetudine approbata, irrevocabilia sunt.
- 23 Pacta de donando vel hereditando in fauorem filij primogeniti etiam non adstante consuetudine, stipulatione tamen vallata reuocari non possunt.
- 24 Donatio perfecta onus, vel grauamen non recipit.
- 25 Donatio vel hereditamentum in fauorem filij primogeniti, aut filiorum ex primo matrimonio, etiam de consensu filiorum reuocari non potest.
- 26 Matrimonij fauor maximus est.
- 27 Donatio, vel hereditamentum in contractu matrimonij factum reuocari non potest, sicut nec matrimonium.
- 28 Filia a parentibus nuptui tradita, maiores solent dotes adferre occasione donationis, quas patres filijs suis largiuntur, proinde irrevocabiles.
- 29 Pelaez de maio. Hispano. traditio & verba egregia.
- 30 Iuramentum mulieris de non alienando fundum dotalem, non nocet emptori ignoranti.
- 31 Lex bonae fidei ff. de peculio expenditur.
- 32 Ratio finalis & non impulsua est, quando id quod conceditur, non tantum concedentis, sed & tertij utilitatem respicit.
- 33 Dos, vel donatio propter nuptias licet communi consensu coniugum minui possint, in preiudicium tamen filiorum minime.
- 34 Contractu nouo alteri, cui ius questum fuit preiudicari non potest.
- 35 Donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij non potest reuocari in illius preiudicium.
- 36 Donatio facta filijs in contractu matrimonij ingratitude reuocari non potest.
- 37 Donatio ob causam, ingratitude non reuocatur.
- 38 Berengarij traditio improbat.
- 39 Donatarius in capitulis matrimonialibus hereditatus, crimen committens propter quod bona veniunt confiscanda, in preiudicium tamen uxoris & filiorum confiscari nequeunt.
- 40 Emphyteotica res ad extraneos non transeunt, consequenter nec in fiscum.
- 41 Donatio facta in contractu matrimonij nõ reuocatur, etsi matrimonium carnali copula perfectum non fuerit.
- 42 Legatum mulieri factum cum nupsit, debetur mulier, etsi matrimonium carnali copula consumatum non fuerit.
- 43 Dispositio hominis de viro & uxore loquens, vindicat in his, qui adhuc carnali copula matrimonium non consumarunt.
- 44 Uxor appellacione etiã in statutis, venit sponsa de presenti.
- 45 Statuta de dote lucranda per maritum, locum habent in sponsa per verba de presenti.
- 46 Statutum vel lex municipalis loquens de coniugibus copulatis, non habet locum in sponsis de presenti.
- 47 Uxor appellacione in fauorabilibus sponsa de presenti continetur.
- 48 Donatio vel hereditamentum factum filio contemplatione matrimonij verbis generalibus non nominata certa uxore, reuocari potest.
- 49 Donatio simplex reuocabilis est.
- 50 Donatio simplex ea dicitur, quae non fit ad utilitatem donantis.
- 51 Donatio continens causam fauorabilem donantis, ob causam rectius dicitur.
- 52 Donatio facta filio in contractu matrimonij cũ certa muliere, quae postea nubere nõ vult, reuocari potest.
- 53 Promissionis causa cessante, cessat promissio.
- 54 L. si extraneus §. fina. de condi. ob. can. declaratur.
- 55 Priuilegia dotium, competunt dotibus etiam non sequuto matrimonio.
- 56 Pacta matrimonialia ea tantum fauorabilia sunt, quae ad iuris metas regulantur.
- 57 Donatio ex causa dotti vel donationis propter nuptias inter patrem & filium si legitimam excedat non valet, & qualiter intelligatur.

- 58 L. i. C. de his que sub mod. declaratur.
- 59 Bona dotalia dicuntur etsi non sequatur matrimonium.
- 60 Donatio facta à patre filio contemplatione certi matrimonij ubi tamen filius uxorem ducere non vult, potest à patre donatio reuocari.
- 61 Mora vltima nocet.
- 62 Donatio vel hereditamentum filio factum ob matrimonium praeteritum, reuocari potest.
- 63 Berenga. Fernan. error.
- 64 Pater venetur dotare filiam iam nuptam.
- 65 Pater legans filia sua pro dote centum, si interim viuens eam nuptui tradat, quinquaginta tantum in dotem datis, mortuo patre non potest filia reliqua quinquaginta petere.
- 66 Donatio vel promissio non extinguitur ex actu inualido.
- 67 Promissio paterna ex actu nullo non irritatur.
- 68 Telly. & Matien. opinio infringitur.
- 69 L. filie mea de conditio. & demonstratio. declaratur.
- 70 Donatio ob causam matrimonij, tacitam habet conditionem si matrimonium sequatur.
- 71 Maioratus institutus contemplatione matrimonij contrahendi cum certa muliere, moriente muliere reuocari potest.
- 72 Donatio facta contemplatione matrimonij sentur in se causam finalem continere, non impulsuam.
- 73 Donatio vel hereditamentum contemplatione matrimonij adiectis certis conditionibus, his non adimpletis donatio reuocari potest.
- 74 Promissionem non seruans, commodo illius priuatur.
- 75 Vocatus sub conditione, sub contraria conditione priuatus censetur.
- 76 Promissio iurata conditionalis non parendo conditioni, reuocari potest.
- 77 Donatio vel hereditamentum factum in capitulis matrimonialibus filio primogenito, an superuenientibus liberis possit reuocari.
- 78 Opiniones interpretum confuse loquentium, casus difficiles reddunt.
- 79 Donatio contemplatione matrimonij uxori facta, non reuocatur superuenientibus filijs.
- 80 Matrimonium praecipue ad liberorum procreationem contrahitur.
- 81 Extraneus dans dotem mulieri vel viro nubentibus contemplatione matrimonij superuenientibus sibi alijs filijs reuocari potest.
- 82 Donatio facta a patre contemplatione matrimonij reuocatur superuenientibus alijs liberis quoad legitimam tantum.
- 83 Donatio facta a patre filio in contemplatione matrimonij superuenientibus liberis reuocatur ex dispositione l. si totas C. de inoffic. donatio.
- 84 Computatio qualis fieri debeat quando reuocatur donatio a patre facta ob superuenientiam aliorum liberorum circa legitimam.
- 85 Bona donata es voluntarium dicuntur.
- 86 Bona donata non subducuntur in computatione legitima.
- 87 Filius legitimus in numero filiorum computatur, in detractioe legitima.
- 88 Bona donata usque ad legitimam reuocantur, nisi alia bona supersint donatori prater donata.
- 89 Donatio facta ab uxore filio primogenito, decedente prius marito, potest iterum nubere relicta tantum legitima filis prioris matrimonij.
- 90 Donatio vel hereditamentum in fauorem primogeniti vt reuocari nequeat, in eodem matrimonio fieri debet.
- 91 Donatio vel hereditamentum filio primogenito factum in contractu matrimonij, ita demum valet si fiat fauore liberorum & ab eis descendendum.
- 92 Commodo & utilitate filiorum & descendendum ab eis cessante effectus donationis cessare debet.
- 93 Berenga. Fernan. traditio reprobatur.
- 94 Donatio inter patrem & filium in potestate constitutum fauore matrimonij sustinetur.
- 95 Rationes duae ubi militans, cessante vna non cessat alia.
- 96 Donatio vel hereditamentum vt valeat in fauorem filij primogeniti, in scriptis fieri debet secundum Berenga.
- 97 Berenga. Fernan. opinio reprobatur.
- 98 Donatio vel hereditamentum sine scriptura fieri potest.
- 99 Donatio vel hereditamentum in fauorem filij nascituri, priuata scriptura fieri potest.
- 100 Donatio vel pactum de hereditando valet secundum Berenga. dum hereditas non deferatur nisi post mortem patris donantis.
- 101 Berenga. traditio superflua.
- 102 Pactum de hereditando simplex in Cathalonia, solam donationem bonorum praesentium continet.
- 103 Hereditamentum in Cathalonia idem significat quod donatio.
- 104 Donatio vel hereditamentum in capitulis matrimonialibus factum, an egeat insinuatione.
- 105 Donatio ob causam simplex dici non potest.
- 106 Donatio ob causam insinuatione non indiget.
- 107 Primogenium vel maioratus in fauorem primogeniti institutus, insinuatione non eget.

QUESTIO. VI.

PACTVM DE DONANDO,
vel hereditando in capitulis matrimonialibus contractum, an communi coniugum consensu possit reuocari vtilis controuersia, & vtilia multain eadem edocta.



IERTIO ex f ordine queritur, an pactum hoc de quo agitur possit communi coniugum consensu reuocari: videtur enim id fieri posse, neque interdictum esse viro & vxori postea, omnes filios æqualiter vocare aut vnū ex his hereditare: f vt in terminis probat tex. in cap. 1. de fil. nat. ex matr. ad morga. contrac. & in ca. filij si de feu. defunc. consue. quæ iura duo citata fuerunt in præcedenti quæstione, vbi id ipsum docuerunt Bal. Aluaro. Cardin. Afflic. & ceteri. Affirmant itaque præfati interpretes posse contrahentes mutare postea voluntatem, & contrario pacto conuenire, vt ceteri filij, quos à successione repulerunt, admittantur ad eadem ex glo. in l. si pro parte. f. versum ff. de in rem vers. Et altera in d. cap. filij §. si facta in glof. 1.

Secundo f iuuatur hæc opinio ea ratione: quia vbi alicui quæstum fuit ius ex meo contractu cum alio pacto, possum ius hoc pœnitentia reuocare l. 3. vbi Barto. de ser. exportan. l. qui Romæ. f. Flauius vbi tota legistarum scola de verb. obliga. l. 1. vbi Bal. & ceteri C. si manci. ita fue. aliena.

Tertio f hoc pactum censetur quædam dispositio à coniugibus facta supremi iudicij, id est testamenti dispositione præueniēs, quia id quod in testamento facere deberent, tunc agunt, ne id post efficere debeant; proinde vltimarum voluntatum naturam suscipere, fateri necesse est, mutabilem sic licet vsque ad mortem l. si filia §. si pater ff. fam. hercis. l. parentibus C. de inoff. testam. l. fina. C. de pact. l. de adim. lega. atque horum iurium autoritate respondit Oldrad. consil. 231. Regem f diuisionem facientem inter filios regnorum suorum, posse quidem diuisionem reuocare, & ab ea retrocedere, licet filij eandem obseruare iurassent. Sequitur Bal. in §. item Sacramenta. tit. de pa. tenen. & iura firman. Capell. Tolosa. decisio. 453. quæ expressim in casu quæstionis nostræ loquitur: & citato Berenga. obiter, Cancr. li. 3. reso. cap. 7. num. 87. Et huic f etiam pertinet Bal. traditio in consil. 383. libr. 2. qui ex facto interrogatus, an is qui alteri donauerat eo pacto. Vt si donatarius sine liberis dece-

deret res donata ad alium perueniret, posset huiusmodi donationem reuocare in præiudicium illius, ad quem bona erant transitura post mortem donatarij si sine liberis decederet, & respondit posse, ex d. l. 3. & l. si pecuniam §. si seruum ff. de condic. ob cau. omnes in d. §. Flauius Hermes ea mouentur ratione, quia censetur mortis causa donatio quoad extremum donatarium; ex l. nec fratris C. de donatio. cau. mor. ideo pœnitentia locum habet l. non omnis ff. si certum petatur l. Senatus de donatio. cau. mor. sequitur & prædictis rationibus Tiraquel. tract. de iur. primo. quæst. 8. num. 3. 4. 5. Eandem sententiam non relatis superioribus sequitur Thesau. decis. 225. num. 13. in vers. Sed restringerem, vbi consuetudinem futuræ successions valere sed reuocabiliter existimat, vt quia pactum valeat in vim vltimæ voluntatis, ita vt accedente reuocationis causa iusta reuocari possit, ex d. l. fina. C. de pact. f quinimo fortius opinatur ex Alciati sententia in l. pactum. C. de pact. iuramentum interpositum nihil operari, nam petita inquit absolute reuocatio admittetur Grassi. in tract. de successi. §. successio ab intestato, quæst. 9. num. 4. vers. Sed aduerte expresse de hac consuetudine hereditandi filium primogenitū in capitulis matrimonialibus loquens, teneat eandē opinionem: & in pacto de futura successione certo modo diuidendā ex dicta l. fina. de pact. docent Barto. ibi Bal. num. 22. Angel. in extremis verbis. Pau. de Cast. num. 3. Iass. num. 12. Deci. num. 6. Cur. num. 7. Deci. consil. 184. & 485. num. 13. Cifuen. in l. 22. Tau. nu. 3. Gomez ibidem nu. 4. Pelae. tract. de maio. Hispa. 1. part. quæst. 21. num. 8. ad medium probat eandem opinionem Dida. in rubri. de test. 2. part. num. 8. f is scribit maioratum institutum ab vxore, & marito simul, posse ab altero in suis bonis reuocari etiam altero inuito, cum inquit ille, idem in testamento permissum sit ex Oldradi traditione consil. 174. Corn. consil. 159. li. 4. Pechius tract. de test. coniu. li. 1. ca. 18. citat etiam Rodri. a Sua. in l. 9. tit. 5. li. 3. limi. 5. & Alciat. in d. l. licet C. de pact. innititur f Dida. superiori rationi, quia huiusmodi institutio maioratus naturam sapit vltimæ voluntatis, vnde quemadmodum testamenta irrevocabilia fieri nulla pactione possunt l. 4. de adimen. vel transf. lega. l. cum duobus §. idem respondit ff. pro socio Boer. decis. 204. num. 18. Molin. de Hispa. primo. libr. 4. cap. 2. num. 2. sic pactum huiusmodi simile vltimæ voluntati.

Porro Tiraque. supr. relatus in eod. tract. de iure primoge. quæst. 68. eam agitans quæstionem, an maritus, & vxor, qui simul primogenium

mogenium instituerint de bonis communibus possint illud contrario consensu reuocare separatim si quilibet velit, etiā inuito alio, qui casus fortior est nostro, in quo communis vtriusq. coniugis voluntas adest; is igitur aperte docuit posse reuocari: quia hæc maioratus constitutio vim habet supremi iudicij d. l. si filia §. si pater ff. fa. hercis. & cum vltimæ voluntatis natura mutabilis sit vsq. ad mortem d. l. 4. de adimen. lega. & d. l. fin. toties citata C. de pact. quæ in terminis nostri casus loquitur, consequens est maioratū posse vel communi consensu, vel alterius de bonis suis reuocari: Mouetur etiam auctoritate Oldra. consil. 231. vbi posse duos si simul fuerint, testamentum reuocare illud, vel ambos, vel alterum tantum, quoniam duo censentur testamenta non vnum. l. Papinianus §. sed nec impuberis de inoff. testa. glo. & ceteri in l. patris & filij ff. de vulgari atque idē in multis simul contrahentibus l. eo quod à multis C. si cert. peta. & dicam in sequentibus quæsti. vnde infert illic Tiraquel. nu. 5. quod si eorum alter decesserit, licet quo ad eum extremum iudicium morte fuerit confirmatum, respectu alterius minime, & ideo posse ab eo reuocari, ac si ipse solus testatus fuisset. Subiungit f Tiraquel. rationem alteram, quod etsi filius familias rem suam eū consensu patris, mortis causa donauerit, potest filius inconsulto patre huiusmodi donationem reuocare resoluit Dynus Cyn. Sa. lice. & alij in l. nec patris C. de donatio. cau. mort. ibi alios in hanc citat sententiam Tiraquel. Quinimo f Tiraquel. superiorem defendit sententiam etiam veram esse casu quo maioratus fuisset principis auctoritate constitutus, nam & testamentum auctorante Principe factum non ideo irrevocabile efficitur l. omnium, vbi Barto. Bal. & posterioris C. de testa. id ipsum Molin. de Hispa. primoge. li. 4. ca. 2. num. 2. Profenditq. eandem sententiam ad maioratum inter virum & vxorem factum in contractu matrimonij d. ca. nu. 10. qui noster est casus.

Ad hæc Molin. tract. de Hispa. primo. libr. 1. ca. 12. n. 1. 2. 3. in eadem quæstione, an maioratus possit semel institutus reuocari, posse, cū alijs docet, ex d. l. si filia §. si pater vbi Pala. Rub. Mencha. Grego. Lop. & Celf. cōf. 120. n. 43. citat. latius idem Molin. eo. li. c. 1. nu. 7. ad medium vbi alios plures Hispanicos retulit: f & idem alibi eod. tract. li. 4. c. 2. nu. 17. scribit hunc etiam maioratum ex causa dotis, & pro matrimonio institutum reuocari itidem posse: Et in his terminis eandem sequuntur sententiam multi alij quales Rodri. Sua. in l. quoniam in prioribus limi. 5. numer. 12. C. de inoffic. testa. Tellus in l.

17. Taur. nu. 13. Mencha. libr. 1. contro. illius. ca. 12. num. 9. Padill. in l. Clari. num. 19. C. de fideicom. vbi ita obseruatur in Senatu Pinciano testatur Burg. de Paz in l. 3. par. 2. conclu. 6. nu. 1219. dixit communem Pelaez tract. de maior. Hispan. par. 1. q. 23. nu. 2.

13 Ceterum f in terminis nostræ quæstionis quod huiusmodi pactū possit reuocari præter citatos auctores supra in principio, tenuerunt ex antiquioribus Oldra. consil. 5. quæ sequutus fuit Iass. consil. 177. li. 4. Socin. iuni. consil. 1. num. 53. li. 4. Tellus in l. 26. n. 5. & 16. Bacca tract. de non melioran. filia. c. 21. nu. 37. Caro. Molin. in disputa. de donatio. eod. tract. in matrimo. nu. 9. 23. 42. Crauet. consil. 85. nu. 2. & 4. consil. 114. consil. 136. li. 1. Celf. Hugo. qui sic consuluit in hac vrbe Barcin. consil. 58. nu. 5. & consil. 100. num. 10. & consil. 120. num. 43. Capell. Tolosa. decis. 453. vbi Aufred. hanc dixit opinionem de iure verioriorem, licet postea teneat contrariam, Nicola. Boer. decis. 204. & in eisdem terminis non relatis superioribus Meno. consil. 92. nu. 25. 26. lib. 1. Auenda. in l. 44. glof. 16. nu. 2.

14 f Ea citati interpretes vtiuntur ratione, quod donatio hæc filio facta simplex dicitur, consequenter reuocabilis, f atque inde fatetur omnes donationem huiusmodi veluti simplicem ex dispositione reuocari l. si vniquam C. de reuocā. donatio. Tiraq. in d. l. in verbo donatione nu. 240. & 243. Bacca d. tract. ca. 10. a nu. 102. Caro. Molin. d. disputatione a nu. 1. Auenda. in d. l. 44. n. 3. Molin. de Hispan. primo. li. 2. ca. 3. nu. 38. Clar. in §. donatio quæst. 23. vers. Item quero.

16 Contrariam f sententiam quod huiusmodi pactum, vel donatio nequeat reuocari, tenuerunt aliqui Aufred. qui pluribus rationibus hanc defendit ad dictam decisionē Capell. Tolosa. 453. vbi & multis arrestis confirmatam fuisse dicit Steph. Bertran. consil. 227. n. 10. li. 2. Guid. Pap. decis. 145. Riminā. iun. li. 1. §. 1. insti. de donationi. n. 492. atq. itidē apud Gallos fore irrevocabilem alijs citatis, testatur Berenga. in ca. 1. de filijs nat. ex matrimo. 6. ca. præludio. n. 8. post principium superior autem opinio vt verior, & receptior tenenda est: f ex qua sequitur posse libere sic pasciscetes substitutiones, & vincula adijcere filio primogenito nascituro, quia possunt si vellent reuocare, l. Titia §. lucius de lega. 2.

17 f ex quo tex. Barto. & ceteri notant, eū cui inofficiosa donatio facta est, posse fideicomisso grauari, ex quo potest donatio reuocari. Huic simile est in filia, quæ licet in dote quæ loco legitime succedit, nequeat grauari, si tamen legitimam dos excedit potest in excessu grauamen imponi Bartol. in l. final. §. filia per illum tex. deleg. 3. & his duabus rationibus,

nibus, & alijs adiunctis resoluit egregie Capel. Tolof. d. decis. 453. post principium Cels. Hugo. d. conf. num. 5. & conf. 120. nu. 43. conf. 100. nu. 10. Et licet Berenga. Fernan. in d. cap. 1. & cap. 7. præludio. num. 7. cū sequenti his rationibus satisfaciatur, & contrariam tueatur sententiam, ob id quia præsupponit hoc pactum in Gallia validum fore, hoc enim concessio recte sentit semel facta donatione, vel pacto, non postea posse pacifices vincula; onera, nec substitutiones adijcere in præiudicium primogeniti, at seclusa hac Gallia consuetudine contrarium est tenendum; quare ut hunc articulum aptissime declarem, pro regula constituo pactum hoc vel donationem in capitulis matrimonialibus pactum posse reuocari.

- 19 Extende ꝛ primo regulam etsi pactū hoc fuisse iuramento vallatum in capitulis matrimonialibus, quia non obstante tali iuramento poterunt retrocedere vel substitutiones adijcere, quia iuramentum sequitur naturam contractus l. fina. C. de non. nume. pecu. l. fina. ff. qui satisda. cogan. l. sed etsi possessori ꝛ. itē si iurauero ff. de iure iuran. & cū dictum pactum non valeat d. l. fina. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. consequenter iuramentum interpositum non faciat contractum irrevocabilem.
- 20 Hinc ꝛ illud, quod cum donatio mortis causa possit donatoris pœnitentia reuocari vsq. ad mortem, iuramentum in ea interpositum non faciet eam irrevocabilem Deci. in l. non omnis num. 10. de reb. credi. Dida. in rubr. de testam. 2. par. num. 13. & huc ꝛ pertinet quod beneficium l. si vmq. C. de reuocan. dona. non impeditur ratione iuramenti in donatione positi. sic in nostris terminis tenuerunt multi quos refert Tiraquel. in d. l. si vmq. in præfa. num. 179. Capella. Tolosa. d. quæstio. 453. ad finem Boeri. decis. 204. num. 11. cum sequent. & num. 21. qui alios refert Craue. conf. 256. num. 2. & alios refert Pelaez licet contraria tueatur, tracta. de maiora. Hispano. 1. part. quæst. 22. nu. 8. ad medium Alciat. in d. l. pactum quod dotali C. de pact. Grass. qui multos d. ꝛ. successio ab intestato quæst. 9. num. 4. Molin. qui alios præter supra relatos citat tract. de primoge. Hispano. lib. 4. cap. 2. num. 55. 56. 57. Thesau. decis. 225. in fine, & hac esse veram opinionem scripsit paucis relatis Gutier. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. in prin. num. 3. 4. & alios multos recenset Auenda. in l. 44. glo. 18. num. 2. 3. Contrariam sententiam tenuerunt multi Ancharra. consil. 180. num. 13. Guid. Pap. conf. 23. Rub. conf. 117. num. 18. Cassan. conf. 53. num. 60. Bened. in cap. Reynuntius in verbo si absq. liberis 2.

num. 23. de testa. Auenda. in l. 44. glo. 16. num. 33. & ante eum ex Hispanicis scriptoribus Hispania vterioris Peralt. quem is nō refert, in l. vnum ex familia num. 23. delega. 2. Telli. Ferdin. in l. 17. Taur. num. 93. qui aliquos huius sententia refert sequaces, quibus extremo adhæret Pelaez d. tract. 1. part. quæst. 22. num. 9. versic. His tamen & alijs non obstantibus. Caterum à priori ut vera & magis communi recedendum non est; Nam præterquam quod iuramentum sequitur naturam contractus, ex alio etiam nullam huic pacto vim tribuere potest, quia ut non possit reuocari, necesse est ut paciscens vsq. ad mortem in hac voluntate perseueret d. l. fin. de pact. alias improbum & cōtra bonos mores iudicatur, ita fiet ut iuramento firmari nequeat cap. non est obligatorium de reg. iur. cum similibus, quam rationem Gutier. aduersus Dida. expendit dicto loco.

- 22 Declaratur ꝛ communis traditio ut non procedat vbi à consuetudine vel statuto efficeretur pacta hæc in matrimonij contractu posita irrevocabilia esse, nam quemadmodū in antecedentibus quæstionibus declaravi, ut potest cōsuetudo pacta roborare favore matrimonij, potest itidem & ea irrevocabilia facere, quemadmodum in Gallia tota, & in hac citeriori Hispania. Quinimo ꝛ seclusa cōsuetudine existimarunt fere omnes, pacta huiusmodi maxime stipulatione vallata esse irrevocabilia, quos supra citavi in versic. Contrariam sententiam: Maxime autē Guid. Pap. decis. 267. aperte docet ratione huiusmodi pacti, fuisse mediāte stipulatione quæsitum ius filio nascituro ex eo matrimonio irrevocabiler, ex tex. in l. diui. versic. Pactus C. de natura. liberis cum alijs à me congeillis in quæst. 2. versic. Et multis rationibus: comprobatur latē Pelaez tract. de maiora. Hispan. 1. par. quæst. 22. num. 28.

Vnde cum consuetudine pacta stabiliantur, contraria iuxta ius nostrum non scriptū, regulam constituere oportet, valere scilicet huiusmodi pacta, atque irrevocabilia esse & tunc multo magis vbi iuramentum fuisse interpositum, quemadmodum in terminis maioratus aduertit Molin. de Hispano. primog. lib. 4. cap. 2. num. 56. versic. In secundo casu: Et in nostra specie Berenga. Fernan. in d. cap. 1. præludio. cap. 6. num. 12. versic. Quarta circumstantia: vnde conuerso nunc ordine agendum est cum his, quæ supra tradidi: Et ꝛ sicut submota consuetudine in vim iuris cōmuni possent post donationē reuocare stante hac consuetudine minime, quoniam perfecta donatio est l. perfecta donatio C. de donatio. quæ sub modo l. filius C. de pact. Paul. de Castr. conf. 164. num. 5. lib. 2. & in termi-

terminis quæstionis nostræ Pelaez tracta. de maio. Hispan. 1. par. quæst. 22. num. 31. Berenga. Fernan. in d. ca. de filijs natis in præiud. cap. 6. num. 9. & 10. Menoch. d. conf. 92. num. 48. licet existimem posse patrem filijs nascituris sic donantem, quia non à traditione incipit donatio, in testamento, vincula & substitutiones apponere; non enim hæc pertinent ad reuocationem donationis sicuti cēsi supra quæst. 3. num. 30.

- 25 Extende ꝛ regulam primō ut procedat etiam de expresso consensu filij, cui à patre in capitulis matrimonialibus pactum hoc, vel donatio facta est, nequit enim reuocari in fraudem vxoris, & filiorum ex eo matrimonio procreandorum: extat in hoc regno reggia constitutio, quæ hunc casum expressim decidit, à Petro Rege condita, quæ vnica est sub titulo de promiss. dot. & donat. prop. nup. Idemq. de iure communi, multa ostendunt rationes, & argumenta, dum supponamus consuetudine pacta hæc roborari ut hic, in Gallia, & alijs multis locis ut dixi præcedēti quæstione: Imprimis ꝛ fauor matrimonij id postulat, cuius occasione innumera à iure prodita sunt singularia, ut multoties in hoc tractatu animaduerti: vnde sicut matrimonium rescindi vnus, nec amborum etiam volūtate potest, sic pactum hoc matrimonij coherēntia vestitur, & illius pars solius mariti voluntate dissolui non poterit, dixi supra quæst. 2. versic. Quinto loco adducitur vbi latius; & hanc rationem in terminis nostræ quæstionis considerauit nouissimē Vincen. de Fran. qui hanc sequitur opinionem, decis. 436. num. 4. & 5. 3. par. Jacob. Menoch. non relatus ab eo conf. 261. num. 15. lib. 3. post. Guid. Pap. quem non referunt decisio. 145. Roland. à Val. con. 70. num. 3. lib. 4. & nouissimē M. A. Pereg. conf. 78. num. 10. lib. 3.
- 27 Sed & præter ꝛ superius dicta, confert tex. in l. diui. versic. Pactisque matrimonij tempore C. de naturalibus liber. l. si inter virum ff. de pact. dotali. l. pater pro filia C. de pactis conuen. cap. quamuis pactum, in verbis dum nuptui tradebatur, de pact. in 6. cap. 1. in verbis quam dixerit tempore spōsaliorum, de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contrac. & tex. à nullo ponderatus in l. 3. in verbis nuptui collocaret C. de pact. conuen.
- 28 Secundo ꝛ confert Bal. traditio in ca. 1. ꝛ filij si de sen. sue. controuer. & in l. 3. C. de bon. qualibe. & in l. si præses C. de dona. dicentis, solere parentes dum nuptui tradunt filias, ut eas ditissimis viris coniugant, eorū patrimonia euacuare, quod non sic facerent nisi occasione donationum, quas viris parentes, vel consanguinei largiuntur; remaneret itaq. deceptæ, si liceret post retrocedere, &

